

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corpus.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Sacramentis

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber sextus, De eucharistia

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.


Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-926

LIBER SEXTVS.
De
EVCHARISTIA.

Caput Primum

DE EUCHARISTIAE ET COENAE NOMINIBUS



II. Piger me cuncta nomina profiteri mihi cognita, que in aliis
corinto et liberius enumerata sunt; quia brevius. Nam hic quis finis
erit, si omnes exprimere volueris? Tum ad ostensionem potius quam vultus
vulum magnum. Itaque certum est non immorari singulis recensendis,
Principiū latius sumto. Ecce quidem, qui ex professō corpus integrum labo-
ratur absoluere. Nam quibus partēs quædam attentatæ suis locis indica-
buntur. Catholici ergo: Calvinus Institut. 4. cap. 17. & id. Melanchthon
in locis communib[us] de Cœna Domini; & de Sacrificio. Petrus Martyr,
tractatione de Eu[angel]ia, & Defense contra Gardinerum. Wolfgangus
Musculus in Locis Communib[us], cap[itu]lo de Cœna Domini. Iuilius ad-
uersus Thomam Hardingum. Rodolphus Holpianus in Historia Sacra-
mentorum parte priore. Cheunnius Examinis part. 2. cap[itu]lo de Eucharistia
Sacramento. Plessius de Sacra Eucharistia. Polanus Syagriatius lib. 6. ca-
pit[ulu]s 56. Riuetus Catholici tract. 3. quæst. 17. & septem sequentibus. Ioannes
Scharpius in Cuius Theologico.

III. Papistæ, præter Scholasticos, in 4. Sententiarum distinctiones ab 8. ad 13. Et Thomam part. 3. à distinctione 73. ad 83. Recentiores; Sanctissimus Repetitionibus de rebus Eucharistie controveſſis. Hosius Confessione à cap. 39. ad 43. Tappenus Articulis Louaniensibus 213. ad 17. Klingsius Locorum libri 4. capitibus ab it. ad 36. Dominicus Soto in 4. Sententiarum, distinct. 8. & seqq. Salmero tomo 9. qui est de fermone Domini in Cœna. Bellarmianus libris sex de Eucharistia. Gregorius de Valentia, Commentationum tomo 4. disputat. 6. quæſt. 11. Valsques in 2. Thoñz. Suares de Sacramentis in 3. Thomæ, à disput. 39 ad 88. Goppeſius in Eucharidio: & Catechismus Tridentinus. Ioannes Baptista Scor-tilibris quatuor de sacroſancto Missæ Sacrificio. Eckins de Sacramentis, ab homilia 26. ad 30. Petrus Coroños Institut. lib. 4. à cap. 44. ad 56. & Discutiblis de Sanctissimo & Augustissimo Sacramento sacrificio Missæ. Pe-terius Michaelis Iesuita Controveſſis de SS. Eucharistiæ Sacramento. Cro-quetlus Catechesi 124. & seqq.

IV. In disputando placuit aliiis alia methodus, ut amat fieri. Ego dicam primum de nomine, secundum de te, dum mihi pefcat adesse Christus propius, qui hoc Sacramento ingens nobis reliquit amoris sui pignus, quo plene confirmati securiores constantiesq; expectemus, quicquid est in spes positum; scientes in quem ete diderimus.

v. Eucharistiam dixerunt plurimum Veteres. Institutus Apologia 2.
vix in eis, cui invenimus magis iudei, sive christiani; Porro alimentum hoc apud
nos appellatur Eucharistia. Cyrius Catechesi mystagogica 1. ò agens & ò ei-
us, ò eis, ò eis, Partis & vinum Eucharistie. Tertia, ò agens m̄s eucharistias;
Paulus Eu h̄at̄fīla. Gregorius Nissenus orat. 19. m̄s eucharistias p̄iuḡc̄, Eucha-
ristie verba. Basilius de Spiritu Sancto, cap. 27. m̄t̄ in eucharistias p̄iuḡc̄ in t̄n-
uia d̄c̄ & ò agens m̄s eucharistias, Inuocatiōne Verba cum conficitur panis Eu-
charistie. Irenaeus lib. 4. cap. 34. Nostra consonans est sententia Eucharistie: &
Eucharistiarum confimat seuentiam nostram.

Tom. I V.

VII. Nominis etymologiam Thomás dixit bonam gratiam i artic. 4
quest. 73. Dicitur Eucharistia, id est, bona gratia, quia gratia Dei vita aeterna
vel quae realiter continet Christum qui est plenus gratia. Et ita intuluit apud
Papistas; Sed qui Graecē sciunt norunt Eucharistiam non significare bonam
gratiam. Itaq; Veteres aliam rationem reddiderunt. Irenaeus lib. 4. c. 4: 82
30. Qui est à terra panū percipiens in uocatione Dei, iam non communia panis
est, sed Eucharistia; Iustinus Apologia 2. usque māla ēis dicit sicut xercasū forms ē
rit, & oris non uerba. Vt participent elem in quo gratia acta sunt panem uinum. Et
aquam. Et post verbum di uerxis λόγοs ενχαριστήσσαι τερφλω. Alimentiam in qua
per precationis verbum ales suni gratia. Videclicer quia Lucas cap. 22. & Pau-
lus 1. ad Corinth. 11. recitantes institutionem, dicunt Christum ενχαριστησσαι,
quem Mucus 14. & Matth. 24. εὐλογησσαι: vt non à gratia contenta; sed à
benedictione nostrarum sit ductum. Vnde Paulus 10. prioris ad Corinthios di-
xit, τὸ ποτέ ποτε τὸν εὐλογησσα δὲν λέγει οὐδὲ, Poculum benedictionis, cui benedic-
mus: A: Fulgentius de Fide ad Petrum, cap. 59. in ipso sacrificio gratarū actio
& commentratio est carnis Christi, quam pro nobis obtulit, & anguis, quem
pro nobis idem Deus ff. dit.

VII. Sanctius Reperiitotis & cap i. nos ab horrere ab hoc Eucharistia nomine impudenter calumpniantur: quod prater eum nemo vidit, nemo dixit: et si non solum agit artifices, nobis maledicendi. Potest autem infinitis experimentis confutari, nostrorum hominum qui ipsi in scribendo can-
nuncupationem libere usurpant: si mox etiam ex prof. Sto. Certe P. si l. a. dis-
putationem suam inseruit de sacra Eucharistia: & suam Chemnitius in 2.
part. Examinius Et Matty suam defensionem, suamq; tractationem. Con-
fessio Helvetica, cap. 21 *Cœna Domini, qua & mensa Domini, & Eucharistia,*
id est gratiarum actio, nuncupatu. Anglicana art. 12. Duo Sacramenta, que
eo nomine pr. prie censende sint, agnoscimus, Baptismum, & Eucharistiam. Et
paulo post: Eucharistiam esse Sacramentum, hoc est, symbolum conspici corporis
& sanctorum Christi. Hoc mihi latit contra tam impotentem furem.

IX. Alterum nomen est *Cœna Dominica*, quo nunc omnes libetissime
vtrunt; ut aptissimo, & diuino Divinum eam cur non appellamus, quod ex
ipsa Scriptura? Nam Paulus i. ad Corioth 11, cum abusus, qui cito a hoc Sa-
cramentum in eam Ecclesiam irreperant, reformati veller. Non est, inquit,
Domini tan Cœnam edere ἐξ ἡγιανὸς δέσποι Θεοῦ. Et cur non et alterum
Sacramentum, sic istud nomenclationem deberet Scriptura? Aptissimum
autem apparet ex alterius analogia, cui ab externi signi visu, Baptismo nomen
est: quia videlicet adhibetur aqua ad lotionem: unde factum, ut in omnibus
nomenclaturis, ea sit, sicut semper maxime solemnis. Cūr non eadem hic
ratio, ut quoniam panis ad vescendum, poculum apponitur ad bibendum,
non aptissime Cœna dicatur Christi? Certe Salmo tract. 2. magnificentissi-
me exultat, ac lascivit in allegoria conuiuij, ex 25. Esaiæ.

X. Et in modum Papistis nonnullis hoc nomine: Sanctus Iesu Repetitionis 6. c.1.praterquam quod imposturam nostram inclamat, negat institutioni tanti Sacramenti proprie competere; negat e Scripturis prodire negat prioribus Ecclesiæ secu'is frequens fuisse. Addit teneat huic comitem Croquettius Catechesi 124. Nomen, inquit, quo uno, ac solo hereticis suum nuncupant Sacramentum; est Cœna Dominica in qua regnare attendant catechumeni, quantum scilicet sit ac veneni. Sed et Maldonatus in Matthæum virulentam lingua hac occasione in nos exseruit: ridiculam esse nostram inficiâ, qui quæ sat non habet etiam si febus, et distictam verbis hereticis esse, noluerimus Eu'charistiam, sed Cœnam appellare, ut nos non solum religio-
nis, sed etiam linguae reformatore's profiteremur.

XI. Alij mollius: qui in vocabulo nihil compertum habentes vnde im-
probari queat; nostri tantum equalia remouent. Colonenses, Quod hodie hoc
Sacramentum exemplo domini Pauli, Cenam Dominicam malunt appellare et non
admodum improbadum, modo nouandi studium absit. Suares in art. 4. quæst.
73. Quod per anet ad usum huius vocis, quæ sit in illa per se nullum sit pericu-
lum, tamen hoc tempore, quo hereticis illa alii uniti ad insinuandos suis erroribus,
ideo ut labitudinem est optimo, vel parce eis prudenter illa viendam. Grego-
rius de Valencia punct. 1. quæst. 1. Peirus Soto non male admönet ab hac ap-
pellatione non bis in merito abstinendum esse, vel certe non ea etiendum sine cautela.
Ratio est: quoniam Seca eis communiter et vocabulo abaturuntur.

XII. Verum, tum hi tum illi, nihil nisi imitante producunt cacoethes, ita enim Catechismus Tridentinus nec improbat, & repetit ex voto veteri Veterissimi Petri, inquit: Apostoli autoritatem sequitur Cenaculum nomine sacramentum Eucharistiae interdum vocatum, quod in illo nouissima Cenaculum salutis mysterio a Christo Domino sustinuta. Dominicus Gramineus Thesaurus i. de sacramento Eucharistie haud procul a fine, Appellatur Sacmentum Eucharistie, Cena Domini, mensa conuentuum, in quo se nobis exhibens Dominus dominantium, & Rex regum omnia sua bona communia ipsi communione tribuit offert. Cenam in super Domini appellatur, non propterea quod vel illa tantum hora, vel quod non nisi ab opere sacerdotis, & vino ebrie celebrari debat; sed quia haec quae nunc celebrantur in Ecclesia, eadem est, qua celebrata fuit a Christo cum discipulis; tunc non secundum tempore & hora celebratur. Nam enim hic alia cena, & aliis potius proponitur, sed omnes quotquot ab ipsius Cena institutione, usq; tunc ad d:em quoque indeclicet hoc Sacmentum transiit, nonnisi illam Dominicanam Cenam celebrant. Omnes eandem eam, & eundem potum sumunt.

XII. Sed enim nostrum in eo vocabulo quod peccatum est? Imo mulier peccata notauit Croquetius. Interuerti sacrificium: quia si Cœna sit,

non sit locus rei diuinæ. Si Cœna, ergo nefas esse assertuar: nefas circumge-
stare. Cœna poscit cibum: Ergo frustra ieiunos accedere. Sanctus Iohannes alia. Er-
go non nisi vesperi celebrandam: nec nisi ab accumbentibus: Ergo tolli pti-
uatas cœnas: Ego non nisi sub utraque specie.

XIII. Quid audio? Nosne sic argumenteri à nomine Cœnæ? Atqui
ptimum manifesta calumnia est; quia omnes ieiuni celebamus, & matutino tempore: accubantes nulli quod sciam: sed nonnulli duntaxat confidentes, in Anglia, &c. si forte, alibi. Tum autem quos habent nominare, quibus hæc à solo nomine consecrata sint negotia? Nam à re ipsa; id est, à conuiuio si quidam conculserint; aliud est, nec tam facile evitabile. Nam, quid tum, si inolint Papista nomine profitei, quod ipso facto consentiunt. Non enim possunt negare esse instar conuiij. Itaque hæc consequentiarum genera non debent solo $\chi\lambda\alpha\delta\alpha\mu\pi$ impugnari. Sed de iis alias erit dicendi locus.

XIV. Cur non placeat severis, si forte, censotibus videamus? Prima ratio, quod nō competit proprio Sacramenti institutioni. Quamobrem? Contra enim Domini generaliter comprehendit typicas & vulgares, spirituales & celestes epulas, quibus Christus Apostolos aut populum pauit, aut se reflectum beatos metaphorice pollicetur. Tum ambigua vox est ad enuntiandum eibum ipsum, apparetum, aut eius usum & elum: quemadmodum scribitur, hominem fecisse cœnanti magnam, de qua ex vocatis nullus gustaverit. Aut etiam conuecatorum numerum & cœnum ex etymologia nominis. Extendit utram ad temporis cibo capiendo deputat ipsatum, unde venire aut abire, aut aliud agere sub cœnam vel à cœna. Nullus autem horum significatum fatis exprimit quid Christus proprio & præcipue in hoc Sacramento gesserit & de derit: nam potissimum queritur de re & natura cibi, quem Christus in hac Cœna apposuerit.

XV. Proh, quantum laboris sibi sumunt haeretici, vt ne Catholicis suam quietem permittunt. Nam haec profecto non peruerunt facile exco-
gitari, aut etiam cogitata prodire in publicum, vt non sit sepius frons petulicia, ne residui esset quicquam pudoris. Mirare tamen tanti laboris exitum. Vaf-
ques in 3. Thome, disput. 73. articulo 4. Ratio, qui approbat Clandus, hoc
nominon esse tenendum, quia nimur voce illa comprehendantur typica &
vulgares spirituales & caelstes epulae, quibus Christus Apostolos, & populum pa-
uit, aut se effectum beatos in calo pollicetus, mihi non probatur. Nam quam-
vis haec minia ea voce possunt significari, nihilominus per antonomastam hoc ad
significandum hoc Sacrum mentum deseruire nobis posset. En tibi infra Iesuitae iu-
dicium, iudicium Episcopi.

XVI. Sed quid ergo? Nomen est ambiguum & variis rebus significandis adhibitum. Ita esto sane. An vero nullum tu nomen ambiguum aptum putas nuncupandis Sacramentis? Quid igitur Baptismo futurum; Sancteſi, doctoſ eximie? Aut quid ais? Negasne Baptiſmi nomen nisi vni rei adhiberi solidum? Negasne protendi ad typicas, ad vulgares lotiones? Unde ergo Marcus 7. dixit: Εαν λοιπός τεμέσιος, Εξεστι, Εχαλαιος, κράκιαν; Baptiſma talicum, Ουρανorum, Γεرامentorum, Εlectorum? Paulus ad Hebreos 9. Αγόρας βασιλικές, varia Baptiſmata?

XVII. Non exigitur quia Christus proprie, & præcipue in hoc Sacramento gesserit, & dederit: Ergo tu nobis ex nomine, vir quantius pretij; quid in Baptismi nomine sierit, vnde id extundas id quod proprie & præcipue in Baptismi Sacramento gessent, a deo dedit. Aut apud tuos: Pœnitentia, vñctio[n]iq[ue]; Extrema Sacramenta: vnde quæ so nomina? Nisi forte in iis aut aliud nihil, quam poscas & vnguentum velitis quæsi, aut hæc salem præcipue. Sed neq[ue] tal ex illa est, aut etiam consuetudo ut nulla nomina non exigitur id quod in resignificata præcipuum sit. Aboquin omnino paucissima in eo celiu esset. Neq[ue] id non nouit Sophista: sed nobis exercendis voluit solemnia bugari. Itaque nos oportet suauiter ridere: & ut in Circumcisione, ac Baptismo videmus rerum maximum designationem desumptam ab externo ritu quanquam minimo in institutione; sic in isto non indignari ab externorum symbolorum vsu tantum nuncupari mysterium.

XVII. Secunda ratio, negabat id nominis esse ab vsu Scripturæ. Quasi Eucharistia est et magis: aut etiam Missa. Sed ille scilicet nostra modelitia resultat, de sua secuus intemperantia. Sed quid ergo flet verbis Pauli? Negat per dñm orvux eaux intelligi à Paulo Sacramentum vnum; in quo socium habet Croquetum: habet Coffetæum in defensione Sanctæ Eucharistie: habet Maldonatum; habet alios fortassis: qui omnes agi volunt de conuiuis, quibus Agapis nomen erat. Argumenta; vnum, quod saturitatem atque ebrietatem taxarit Apostolus: quod utrumque virium longè sit ab Eucharistiæ celebratione: neque enim vñquam adhibiram tantam vim vini, aut panis: neque vero cuique permisam sumptionem: sed distributionem factam à preside: Alterum ab autoritate Veterum Græcorum, Chrysostomi, Theophylacti. Etiam Calvinum Croquetum addit negantem ibi agi de Eucharistia.

XIX. Quid ergo reuerterebuntur viri contumaces ; si neque Concilij Tridentini, id est, Pij quinti Catechismo montentur, neque Coloniesi Enchiridio, testibus certe non nostris ? Catechisinus dixit, autores vestustissimos secutos Apostoli autoritatem. Enchiridion exemplo diu Pauli nos facere : *Vin' addi alios ? Lindanus Panoplia lib. 4. cap. 37.* Cœna Domini ex institutionis tempore à D. Paul' o dicitur. Salmero in eum locum Pauli, Exprimitur causa prædicti abusus : nam couenientibus illis in eorum scilicet locum, ad celebrandam Cœnam Dominicam, quasi unus patria familiarium familiaribus, iam non est, vel non licet Dominicam Cœnam edere, quomodo olim Christus discipulos una mersa omnes exceptit. Paulo post : *Et notantur Corinthij, quod in sacro epulo & spirituali, profana symbola commiserentes.* Antiquiores. Lombardus, Dominicam Cœnam dicit acceptiōnem Eucharistie, quam non debent præsumere. Thomas, Non est, id est, non licet, vel non competit vobis Dominicam Cœnam manducare, tibi sumere Eucharistia Sacramentum, quod Dominus in Cœna discipulis dedit : hoc enim Sacramentum, ut Augustinus dixit super Ioannem, est Sacramentum Unitatis & caritatis. Et iterum postea ad illud, Ego enim accepi à Domino. Dixi quodiam non est vobis Dominicam Cœnam mandu care, Sacramentum Eucharistia Dominicam Cœnam vocans. Carthusianus, Dominicam Cœnam manducare, id est, Eucharistiam sumere, quia in Cœna nouissima fuerat in-

sistuta. Baronius anni 111. Sim. quarti §. 45. Constat Cenam Domini (sic enim Patres appellare censuerunt institutionem sacratissima Eucharistia, idemque esse manducare Cenam Dominicam, quod Et huiusmodi sumere Augustinus demonstrat) suiss distinxit à Cenâ Agni Paschalis. Et sicut Augustini verbis sunt Epist. 118. Apostolus alibi dicit, Conuiciens vero ergo vobis in Unum, non est Dominicam Cenam manducare: hanc ipsam acceptationem Eucharistie a Dominica v. Cenam vocans.

XX. Nam Caluinum quare nominant Croquetus? Quasi non extende
eius Commentarij: in quibus haec diserta. Nunc: ~~erat~~ abusum, qui in Canæ
Domini obrepserat apud Corinthios: quod sacro & sp̄itu:uali epulo profana sym-
posia p̄missicerent (quæ totidem syllabæ defeciptæ sunt à Salmeione) idque
cum pauperum coniunctio. Dicit Paulus hoc modo non edi Canam Di mīni: nō
q̄: ia unus abusus omnino aboleret, ac in tribulū redigeret sacrosanctā Christi
instituti nem: sed quia perperam mysterium iactando, spoliab:nt.

XII. At ebrietas, satuiasq; non competitur celebrationi Eucharistie. Factor, inquam. Cur enim reprehendere Paulus. Itaq; superinducebantur ex abuso, & nimia Corinthiorum audacia. Nonne enim dictum Caluino, & Salmeroni, facio epulo prophana symposia admixra? Hoc igitur Paulus voluit, eos qui illis sydopolijs saturarentur, atq; inebriarentur; ideo non celebrasse Cœnam Domini, id est, Eucharistiam. Quasi diceret, non esse ad eum modum celebrandam. Vnde constat Eucharistiam nominatam Cœnam Dominicam. Et sane Sedulius etsi annotaria Corinthiis Cœnam aliquam usurpatam ante oblationem, tamen etiam Cœnam Dominicam nominat, Indigne hec comedetis, inquit, si pauperes confundatis, siq; est aliquam ante spiritualem & Dominicam Cœnam sumatis.

XIII. Sed Sanctus tertia causa erat, quod id nominis purioribus Ecclesiæ seculis non fuerit frequens. Ego vero quo modio frequentiam metiatur, ignoror; sed rem tamen inchoo dicere à fide religionis testibus: si à locis ipsiis non posuit. Suas hoc ipsum refutans argumentum. Ego vero, inquit, & dicit antiquos Patres sepe hoc nomine appellasse Sacramentum hoc, ut constat ex Basilio in reguli breviis oribus in recentissima decima. Nazianzenus oratione secunda vocat Cœnam Evangelicam: Et Ni. etas super Nazianzeni oratione quadragesimæ secunda, §. & illi quidem. Vocat Cœnam mysticam. Augustinus ibidem de sermone Domini in monte, cap. 12. vocat Cœnam Domini. eam: idem Epistola ad neophytes decima octaua, & habetur in capite Lixido de Consecratione distinctione 2. & sermone trigesimo tertio de verbis Domini, ita exponit parabolam Lucae 14. de homine, qui fecit cœnam magnam. Suntne his fatis multi? Addelitos. Terullianus, a quo habes Coniunctionem Dominicum, secundum ad xrotum, cap. 4. Chrysostomum homilia 24. in 1. ad Corinthios. Τὸ μὲν οὐτανῆς τοῦ κυρίου δεῖπνον εἰσιν, λιγὸς δὲ βαρός, Mysticarum illarum Cœnarum non esse particeps, est sames & mors. Theodoretum in illud ad Corinthios, Dominicam Cœnam vocat Sacramentum Dominicum. Oecumenium, κυριακὸν ἢ δεῖπνον τὸ διάτονον καλεῖ μηδέποτε. Cyprianum, quicunque sit ille, & Bernardum, qui sermones ediderunt de Cœna Domini, in quibus præter Eucharistiam nihil explicetur. Nilum in Paræneticis, cap. 12. Ab omni corruptione abstine, & mystica Cœna omnis die participes sis. Sic enim Christi corpus nostrum fieri incipit. Autorem sermonum teptem de proditore & mysteriis Cœnæ; apud Chrysostomum in 1. Qui sacrata huius Cœna indigne participatur necabitur, non cum Petro periret ad salutem portaret, sed sibi nobis cum tuta fuisse etate et tempore sufficiat.

uenient ad salutis portum: sed sibi nebit cum tuta sine reparatione naufragium.

XXIV. Renatus Benedictus in Panoplia ad II. prioris ad Corinthios, Corporis Christi manducationem, non debere dici Cenam, docet Scriptura sacra, quæ affirmat Christum consecrasse, & dedisse Apostolis suum corpus manducandum Cena iam facta, Luce 22. *Similiter dedit calicem postquam cenauit.* Ioannis 13. *Cena facta surgit Christus, & ponit vestimenta.* Item Paulus: *Similiter & calicem postquam cenauit.* Et ne argumento pondus derrahatur author obscurus, repetit Maldonatus in Matthæi vicessimum sextum.

XXV. Imo in confessio est, eadem noctis hora Christum cœnasse cœnam Paschalem; & instituisse Sacramentum Eucharistie. Itaque quod Lucas Paulusque notarunt Cœna facta datum calicem (quod itidem de pane intelligendum consentit Calvinus) interpres exponunt, non de Cœna absolute, sed de Cœna Paschali. Ianuenius capit. 120. Concordia, Cœnum est non sic intelligendum hic Cœnam dicitur factam, quasi absolute cœnam fierit & consummata. cum aperte Ieannes testetur Dominum post ablutos pedes iterum accubuisse, & dedisse intinctum panem, ac de seipo postea dicat, quod recubuerit in Cœna supra pedes Iesu. Et post aliquanto, Magis ergo verisimile est, illud Cœna facta, significare Cœnam ianuam captam, quemadmodum dies dicitur factus, cum exortus est sol, & dies incepit, ut significet Dominum surrexisse cum canari captum esset, atque inter canarium: quod apertius significatur apud Gracie, cum pro illo surgit à Cana, habent iuregatu enī deitatis, id est, surgit ex Cana. Si ergo inter canarium Dominus surrexit ad ablendum pedes suorum, quid relinquitur dicendum probabilius, quam lotionem hanc factam post eum agni, & ante Eucharistie institutionem? Ex his enim duabus maxime partibus Cana hac constabat. Baradius in Concordiam tomo quarto, libr. tertij, capite secundo.

Quamvis totum Sacramentum post Cœnam institutum fuerit, in ipsius tamē cœnae sine institutum est, cum adhuc dñe mberent, & manducarent. Nam mōdūc irunt cibos alijs, quousq; ad manducationem cœlesti cibi ventum est: i.e. q; Mattheus & Marcus atunt, Mantuanus ipse effectum esse Sacramentum. Adhuc enim manducabant cum Dominus accepit panem, benedixit, & frugit. Lucas Brugenfis in Matthæo, Non de cœna canenda, aut conuivanda intelligendum est, sed de Cœna sui conuiuum ipso: quæ si dicat, Cœna adhuc durante, men a nondum ablatâ. Non est verisimile, quod nouum ac sa. rofatum corporis sui cibum, miscuerit, e. s. cum cibis profani, quum sui coeaderint ab soluto eis Paschatis figuratum: sed quod eum ded. rit postq; suis res fecerint natura, mensa tamē ciborumq; reiquis nondum: et in coedere adhuc potuerint, qui vultuissent, sub h. m. cœna, quando non com. dere, e. s. cibis adhuc adsit: sed ualibus colloquio familiare operam dare solet: quo tempore & durat adhuc cœna, quia cibis nondum ablatis sunt, & p. festo est, quia non amplius comeditur. Mardonatus etiam sui oblitus: tres eo tempore actiones facit, que tres Cœnae vocati soleant, Paschalem, cœnunem, & eam qua Christus panem & viuinum in corpus suum consecratum præbuit.

XXVI. Nihil ergo incommodi. Nam si fuit pars Cœnae: & pars Cœnae itidem Cœna appellatur; ut appareat ex Paschalî, quam alteram partem nemo negat Cœnam dici: cur non & ipsa Eucharistia dicatur Cœna? Quanquam da latè non esse partem Cœnae: tamen negare non potest institutam fuisse vesperi, & hoc sat. Chrysostomus, λέποις ἐν την κυριακῇ δὲ πόνον Φαγεῖν, εἰς τὴν παρεπίποταν αὐτὸς εὐτελεῖς οὐδὲ τὴν εὐτέλειαν, καθ' λόγον φελπά παρεπίποταν οὐδεῖς Dicens, iam & nō est Domus am Cœnam manuare, eos ad illam transmittens vesperam, in qua Christus reverenda tradidit Sacra menta: διὰ μὲν τὴν διάτονον τὸν αὐτοῖς σὺντελεῖται, Propterea & prandium soecuit Cœnam. Mardonatus tamen distet, tres actiones eodem tempore fuisse, que tres cœnae vocari solent.

XXVII. Nouum argumentum sufficit Iacobus Hilarius in Conuersione Huguonotorum, cap. 29. Cœna Domini illa prima, non potest iterum fieri: Ergo Cœna nō nō conuenit Eucharistia. Probatus consequentia? quoniam passionis nō nō est aptum, quoniam mors & passio in cruce facta non potest iterum fieri in altari.

XXVIII. Respondeo, negari consequentiam: quoniam non ea tantum quae iterantur, sed etiam quorum memoria renouatur, nomen suum communicant actionibus sequentibus. Sic Agni Paschalî immolatio, die & fuit transitus Domini: quoniam instituta in memoriam eius historiæ. Sic apud Papistas creberiuntur sunt festa dedicationum: non quod iterum dedicatur Ecclesia: sed quod memoria renouetur dedicationis olim factæ. Sic natalitia Sanctorum & pud eos perpetua; et si semel omnino nati fuerint cœlo, Deniq; Conceptio Mariæ Virginis redit in ocbem annuum: & Decollatio Baptista: & alia plurima. Ut omnino ruden oportuerit esse Hilarium Papistis, tunc libi primum professi, cum illæ scibet.

XXIX. Atque adeo exemplum illud ipsum passionis Dominicæ directe refatur ab Augustino Epistola 23. Sape ita loquimur, ut Pascha propinquante dicamus, et Pascham vel perendinam Domini passionem: cum ille ante tam multos annos passus sit, nec omnino nō semel illa passus facta sit. Nos ergo contra. Si quoniam passio Domini: semel olim perfecta fuerit: tamen id non men id nominis quotidie usurpatur ad id designandum tempus, quo celebratur eius possessionis memoria: Ergo etiam Cœna Domini poterit legitimate usurpat ad nominandam Eucharistiam, cum eadem sit ratio. Et vero Papistarum is usus est semel quotannis saltem. De Consecratione distinct. 3, cap. 18. Inuenimus quosdam Episcopos, non per singulos annos in Cœna Domini Christi nō confidere.

XXX. Pergit oblerando, Cœnam primam vespere factam olim: at nunc mane. Quare nō nō conuenire.

XXXI. Non enim à tempore, sed à re nomen deductum, imo deducendum fuit. Sic olim transitus Domini unde Pascha nomen, factus ipso noctis medio: at Agnus semper immolatus inter duas vespertas.

C A P. II.

De Missâ nomine.

I. Vate nos quidem satis tuti sumus siue à Scriptura, siue à ratione, siue à traditione, in usurpando Cœnae nomine. Ad Missam venio, quod nomen tantum non adoratur à Papistis. à nobis non libenter usurpatur: cum quia non à Scriptura, ne quidem à prima antiquitate; tum quia nihil habeat, quo pars vlla, aut efficacia Sacramenti delineatur; ac ne apud Papistas quidem Sacramento proprium sit. Quanquam Germanos scio non esse auctoratos; neque nos putemus cuiquam bono licere esse in inuidia sive calumnia superstitioso. Verum, Papistæ nō solent esse tam liberalis ingenij: Itaque disputatione hanc etiam partem non legniter Lindanus Panopliz. li. 4. c. 37. Demochates de Sacrificio, lib. 2. c. 1. Polygranus in Assertionibus. Cotonus de Sacramento sacrificio discursus 4. & discursus 6. c. 26. & seqq. Matthæus Galenus de Missâ sacrificio, cap. 2. Bellarminus de Missâ lib. 1. cap. 1. Genebrardus Liturgiae cap. 3. Richeomus Missâ lib. 1. cap. 6. & seqq. Zacharias Bouetus examinis fidei Lutheranæ & Caluinianæ censura 13. Suates discur. 74. se. 3. V. quod Missâ disp. 22. cap. 1.

II. Missâ nomen ergo commendant omnes magna contestatione prima, antiquitatis prætextu. Et primum ab etymo, post a testibus. Etymum furete qui repeterent a lingua Graeca. Notavit Suates. Quidam, inquit, existimat esse vocem Graecam & Couarrunias. Et Genebrardus subindit, at factum, in duas vespertas.

III. Alij alius philosophati tantum non deierant esse vocabulum Hebraicum; & quidem purum purum. Miram. Adeinde animis, o vos quotquot elitis ususv apud Graecos, Deut. 6. legeunt, Celebrabis diem sabbati hebdomadarum Domino Deo tuo: בְּרוּת יְהוָה blasonem Iphona nez manus tua, quoniam offeres iuxta benedictionem Domini Dei tui. בְּרוּת יְהוָה, exclamant Demochates, Cotonus, Bouetus. Eodem sono, nūdem syllabis בְּרוּת Hebraice, Missâ, apud Romanenses; oblatio voluntaria: imo si Cotonus credas, Missâ noua. Confirmant, quia teste Durando lib. 4. rationatis, cap. 1. Missâ celeb. rata fuit Hebraice plus quam centum annis à tempore Tom. IV.

Apostolorum vsque ad tempora Adriani Imperatoris, quo tempore Graece celebrati cœperit. Non est autem verisimile toto illo tempore fuisse absque nomine. Tum autem Apostoli tunc primum Missam celebrarunt, quum Spiritu Sancto repleti, quo ritu esset celebranda edicti sunt: nimis in ipsa Pentecoste.

IV. Sufficiebat reliquis is locus: at Coronio visum duos addere: ex Psalmo 77 & Esaiæ 25. In priore 'נ' וְרַבְנִים: פֶּסְחָה בְּרַבְנִים: Erit pugillus strumenta in terra. Vbi & propheticæ Pissah est Missa; mutato Mem in Peh. Nam hunc in Psalmum a Rabbinis exponi de diebus Messiae, teste Salomone.

V. In altero: Et facies Dominus omnibus puluis in monte hoc conuiuum pinguium, conuiuum vnde pinguium medullatorum, vnde defecata. Conuiuum מְשֻׁתָּחָה: & quia Hein haec quiescit, manifestum est purum putum remanere vocabulum, Missa.

VI. Hæc illi. Sed nos dicimus in eiusmodi etymologia concurrere oppotere, tum soni, tum rei similitudinem: quæ si desint vel lambo, vel singula, ludibrium debere; quia vix sic quicquam quod non dederuntur vnde cuncte. Nemo sanus dixit tertam Latinam nominatam, ex Hebreo VII aut Graeco γάρ: quia etiæ hæc id significent, tamen sonus est alienus. Ruisus etiæ verum teles Augustino 1. de doctrina Christiana, c. 24. Beata uno eodem, sono, apud Gracos litera, apud Latinos oleru nomen esse: tamen nemo dixit alterum ab altero deriuatum. Sic quoniam concurrent in similitudinem soni λάρνας, apud Hebreos nomen viri: & apud Γάρος λάρνας nomen fruticis: tamen ne Iesuitæ quidem utriq; vnam assignauerint etymologiam.

VII. Porro Missæ nomine significari docet Bellarminus, primo missione: secundo diuinum officium lectionum, precum, & aliorum id genus, quod celebratur ante dimissionem catechumenorum: tertio, illam partem liturgia, quæ ab offertorio usq; ad fitem: quarto, totam celebrationem diuinæ officij: quinto, ipsa collectas, seu preces in liturgia.

VIII. His positis; negamus Missam, aut Græcam esse aut Hebraicam. Græcam negavit etiam Suates, Non est, inquit, verisimilis opinio: quia nullum eius vocis fundamentum in Graeca lingua reperitur: unde neque Grecum eius in Graecis Patribus legitim. Valques etiam Contrauuiam excusavit contra Suatem: Non tantum enim non ita dixisse; sed etiam Albericu reprehenditne tanquam ignorum linguae Græcae; quod dixissent vocem Missæ Græcam esse, cum nullum vel leue fundamentum in lingua Græca inueniri possit.

IX. Bene, nullum fundamentum. Neq; enim sonus. Nam quid simile inter μύσιον, & Missam? Tantudem ferme quantum facetus aliquis dixit inter Platoneum & Chopinum: aut certe inter Titanem & titulum apud Thomam Aquinat. Nec scio vrum condonandum sit Genebrardo, existimanti Græcum vocem esse missis: in hoc tam eruditorum virorum seculo; qui sciunt quod paulo ante dicebam Græcis Beta esse; ac proinde myesis. Sed si quid concedendum depravata consuetudini: quæ obtinuit cum restituerent: Patrum nostrorum ævo studia Græca, at profecto cogitandum erat Missam esse vocabulum eidem temporis, cuius exempla omnia sunt in opusculo Q. is enim Catigoram dixit, aut alligatio? Aut Acadimiam? Certè Phroneum dixit Plautus; Virgilius Aleften; Plinius Cerachaten; Seneca Ceroma: Apud Terrullianum, quis non legit Valentini Pleroma? Ut mille præterea raseam. Ad eam rationem debuit Myesis dici Oenebrardo; qui sonus quid ad Missam?

X. Sed nec sensus alludit. Nunquam enim μύσιον dicta est de hoc Sacramento. Imo, inquit Genebrardus, iocuenter in Theoria Dionysij. Sane, inquam, semel; sed pro baptismō: Τέταρτοι μέρη απεριστάτων καὶ τρία: οἷς τοῖς εἰσόδοις εἰσώντος, οὐαὶ τοῖς απετάρθσις τῶν σωτηρίων τῆς γεωργίας μύσιον. Horum quidem qui antiorum Sacramentorum omnino ignorari sunt, nec figuræ quidem & imagines cernunt: quod imprudenter salutarem dñe uiri oris disciplinam repudient. Enim vero frequens huic auctori γεωργίας baptismum dicere: & hoc loco notat morem antiquum non admittentem non baptizatos, vel ad spectacula Eucharistia mysteria.

XI. Sed & ratio nominis aliena. Nam μύσιον dicitur relata ad homines, qui lacrimis quibusdam initiantur: nunquam autem ad res anima carentes. At missa non dicitur ratione hominum; qui non sacrificantur. Cum igitur neque sonus concurrat; neque significatio colludat, profecto non potuit non ineptam veriloquum esse.

XII. Venio ad Hebreas; quæ pluribus placuerunt. Et vero in primo saltem conatu negari nequit similitudinem esse saltem sonorum. Veruntamen displicuit sanioribus subtilitas. Non videbas, inquit Bellarminus, Apostoli in v. u. fuisse hoc vocabulum Hebraicum: multoq; probabilior est eorum sententia qui vocent Missam esse Vocem Latinam. Valques, probabilitas multo est vocem nullo modo Hebraicam esse, aut ab Hebraica derivatam. Et nos quid facimus, audient cum talia fures: Longe securiores ridemus hominum ridiculorum vestiarum, qui ut gigantes apparent soccos induunt, vel potius ut est in nosræ prætextio, grallæ: quibus sane id accidit quod dicunt: Similam, quo altius euehatur hoc impudentius nates ostentare.

XIII. Nec nobis qui paulo sunt cordatores Papistæ suam tantum autoritatem commendant, immo simul rationem sufficiunt. Lindanus, Quantum præclaris quidam huius etate scriptores ex Hebraismo extorquere malunt: cogit me tamen vestris in amore candidi, quod eodem sentio, in medium adferre, quo simplex et veritas orbis propria statorem in amorem accusatisq; indagandi studium apud platonos et retet. Missa igitur cum apud Theologos Gracos aut illos alios, quod eodem meminerim, non legatur, mirum cur ex Hebraismo originatem repetivis in aliis. Sane si à præscio nostra religionis autoribus fuisse usurpatum, eiū profecto aliquid extaret in omnibus omnium linguarum sacrificiis vestigium. Suates, hanc opinionem suspectam facit (inquit esti alioquin probabilem dixisti) autoritas negativa patrum Græcorum & Syrorum qui nunquam ea voce videntur: cum tamen soleans frequenter εἰς illæ vocibus Hebraicis, quæ Ecclesia Lat. inveniuntur. Valques, si vox hec Hebraica esset, aut ab Hebraica derivata, eam omnes Christianæ nationes, sicut alias huiusmodi retinuerint, quales sunt Amen, Alleluia, Sabaoth: Nam & Greci his omnibus utiuntur, vox autem Missa non ideo: sed pro Missa, καὶ τριγύια vocant. Et quod caput est. Syri & Maronita, qui Chaldaica lingua Missam celebrat, vocem missa non habent. Bellarminus, Si vox ista Hebraica in v. u. Apostolie fuisse, certe retinuerint eam etiam Graeci & Syri, atq; alia nationes, Et retinuerunt alias similes voces, vi. Amen, Alleluia, Sabaoth, Osanna, Satan, Sab-

XIII. Pascha. Vocabula omnia Hebraicae per Gracos ad nos denenerunt, cum ipsam Apostoli, & primi Ecclesie Doctores Graecè scripsissent. Porro apud Gracos, nulla est mentio huius vocis haissa. Paulo post, Syri & Maronita, qui Chaldaica lingua celebrant dominum Sacrifitium, non habent Missa vocabulum. Et tamen si Hebraica vox apud illos conservari debuit, apud eos maxime. Adde quod viri docti lingua Hebraica Origenes, Epiphanius, Iustinus, Hesychius haec voce nunquam utunatur, quod merito admirandum videri posset, si ea vox esset Hebraica. Argumentum hoc tale est cui horum doxos & quoniam nemo aut satisfecit, aut satisfacere potuit: ne conatus est quidem Nova victoria, ut fingant non videre hostes.

XIV. Addit alteram Bellarminus, quod si vox illa esset Hebraica, non Missa; sed Missah dicendum esset: quomodo tamen nemo scribit, nec loquitur. Verum hoc est ex nimia imperitia. Nam aspiratio illa quam addendam dicit, est non originis, sed terminacionis: itaque non necessario retinenda. Nam alia exempla contra proscribunt, Genes. 3. Henas: quattro, Ada, & Sella, & Noema. Sara & infinita alias. Itaque nos quidem absit tam pueriliter pugnare.

XV. Unimvero, quod Cotonus notavit, & Bouerius: centum annos post Apostolos Missam fuisse celebratam Hebraice, quid est? An apud omnes Christianos cuiuscunque lingua quomodo hodie Latine volunt? An vero apud Hebreos tanum, & apud Graecos Graece: apud Latinos Latinum? Posteriori hunc conceditur prolixus: & rideamus additam temporis circumstantiam: qui scimus longe ultra eum terminum Christianos fuisse in toto Oriente, & nominatum in Syria, & Palestina, Prius autem, manifeste falsum. Nam Apostoli scripserunt Graecos: & quidem huius ipsius mysterij institutiones, ut ceterorum: certe Paulus ad Corinthios; unde quis non & ligat Corinthi celebrationem fuisse Graecam? Et si apud Corinthios, cur non apud alios? Certè Ignatius intra eos terminos vixit: in cuius Epistolis non habent nulla de hoc Sacramento.

XVI. Verumtamen quid hoc ad rem? Faretur Hebraicum aliquod fuisse huic Sacramento nomen: eti pure Hebraicum non fit necesse; sed scimus non sequi, si fuerit aliquid, ideo propalatum per viuierum tertiarum orbem. Nam cum hoc magis quam Baptismi quam reliquorum mysteriorum fidei? Nam certè Fidei, Caritatis, Spei, Iustificationis, Sanctificationis, Perseverientiae, oportuit totidem esse nomina in Ecclesia Hebraica: & tamen constat non propagata. Tum autem si propagata Missam apud Latinos oportuit, tanto terraque marisque discessit ipso: cui non apud vicinos, Aethiopias, Aegyptios, Maronitas, Syros, Arabas? Atqui Cotonus, & Genebrardus, qui videri voluerunt omnia habere cognita, apud has omnes gentes, cum inquisierunt nomina, Corbon, Carbano, Carbo, Anaphoro, Alcorban, Algumah, Toda: cum hanc inquam, nonnum quae devenientia decurrente tamen nullo loco repetitum illis hoc Missa non men. Quid Graecos dicam, non tam vicinos Hebreos, quam permixtos ad eo ut in mediis ipsis Hierosolymis conaciones, catechesesque haberentur Graecos: hiscine saltē verisimile est id nominis tam celebre, tam solemne, tam sacrum, tam mysticum, tam adorandum, non fuisse communicationem, non usurpatum? Arqui idem diligentissimi obseruarunt iherusalem, coriaceum, polycraticum, ususq; iherusalem, iherusalem, ostendens ususq; eulogias, ususq; hanc. Et quid non? Ut id alia potius omnia Graeci videantur ire voluisse, quam in Latinorum exemplum. Tam rani, tam fuitiles sunt Sophistæ.

XVII. Nunc singulos locos attendamus. Deut. 16. habemus הַמִּזְבֵּחַ Ita sane. Sonus constat. An etiam significatio? Vasque audiimus, Qua Claudius adducit ad probandum pradictum nomen ab Hebraica voce derivatum esse, omnia illuc spectant. ut ostendant vocem Hebraicam significare oblationem: & radicem illius significare munus: denotare etiam onus personale: seu tributum, idque in sacrificio altaris, quod pro nostra salute Deo offeratur, conuenire. Qua quanvis admitteremus, non satis essent ad probandum vocabulum Missa, ab illa dictione Hebraica derivare. Negat hic consequiam, id est, si etiam significatio congruat, ideo detinendum eam esse. Sed Croquetus vehementius fuit, Hoc nomen in Eniuerso Hebreo Testamento nusquam occurrit, licet quadam interdum similitudo: id est, sed ea revera nullum est. Quod autem nonnullus visum est proferre ex Deuteronom. 16. מִזְבֵּחַ natum à מִזְבֵּחַ, unde וְכֹל: illud tamen nec in loco, nec eisquam aliis habet ullam in sacrificio cognitionem. Audiuntur Sophistæ: an obturant aures, ut ne audientes audiant? Pergit ille, Nunquam enim eius loci oblationis significari Sacrificium. Nam & si vulgo offerat, ut sit ab Hieronymo in versione vulgarata facere dicitur, nequaquam ramen unquam sacrificat. Denique Sacrificium est quidem species oblationis: sed ea differens a religione, & scriptum eum vulgo communibus. Et postquam differuit eius vocis significatum, concludens, Ergo, inquit, non est commandum in dictum Missa Christianorum nomen. Eamus, deducendo rationem propriae libertatis: sive debemus quod tributi originatio, qua in מִזְבֵּחַ, ut alio מִזְבֵּחַ derivate est, exposta videatur habeatur columnis:

XVIII. Non male ille quidem ut Papistæ captus fuit. Nos solidius. Missa illa à Mose dominata, est oblatio facta à singulis ē populo. At Missa Christiana non est oblatio facta à singulis ē populo. Ergo Missa illa Mosis, non est Missa Christiana. Major patet ex ipso textu. Celebrabatur solemniter tam hebdomadum iherous Deo tuo, מִזְבֵּחַ יְהוָה יְהוָה oblationem spontaneam manus tua, quam dabis, prout benedixisti: ubi iherous Deo tuo. Nam hæc phrasis significat id quod quicq; sponte sua confert; & quidem manu sua: & reuera agitur de manipulis messis offerendis Deo à singulis Iudeis pro sua abundantia: non autem ab illo Sacerdote. Minor autem probatur cum ex sensu Papistarum, qui malent cœlum terræ misceri, quam concedere suū Sacrificium offerri ab illo laicis: tum à sensu Catholicorum, qui negant Sacramentum Eucharistie institutum, ut quicq; offeratur Deo à Christianis: sed à Deo potius offerri, id est, donari Christianis: qui inde panem Domini edere dicunt: ut qua de re suo loco disputandum erit plenissime.

XIX. Præterea quicquid id est sine Sacrificij, sine oblationis: pertinet ad festum Pentecostes: At Sacrificium Eucharistie, non pertinet ad Pentecosten: Ergo Sacrificium illud, non est Eucharisticum. Imo neq; Eucharisticum debuit ab illo nominari. Nam denominationem oportet sumi vel à te ipsa, vel ab aliqua insigni circumstantia. Res autem ipsa, nihil habet commune cum festo Pentecosten, ne eo quidem, quod obseruatam inter Christianos:

testibus ipsis aduersatiis, qui nihil vident simile. Et nōcum est Christianos huc festum obseruare propter miraculosam illam Spiritus communicacionem: cuius nullum mysterium in Eucharistia.

X. An ergo circumstantia eit aliqua? Ita volunt nunc Sophistæ scilicet, quia tunc Apostoli primum Missam celebravint. Atqui tunc celebraz, id est ipso die, neque Scriptura dixit, neque ullus Veterum. Sed dant taxat Lucas ostendit perseverasse in fractione panis: quod pertinet indefinite ad multos dies. Verum esto tamen. Sed huc circumstantia, quid ad rem? Nam Baptismum etiam tunc primum celebraz post Christi mortem; & ipso die, teste Lica. Cur non ergo Baptismo impositum nomen aliud à Pentecoste? Aut certi potius Eucharistie? Deinde huc circumstantia longe præualeat non tantum ipsa institutione, sed etiam institutionis circumstantia. Nisi forte magnum peccatum peccarint Veteres, qui in hos Sacramento agnum dicant immolatum; quod etiam Paschæ.

XI. Hoc confutatio etymologizatio commento, piget duo religia attingere. Nam quis Cotonus est tandem, qui propriis sibi somniis detinatur occupatus? Quasi non ille imperitiam suam vbiq; locorum ostendat; atq; נִצְחָה G; Psal. 72. הַמִּזְבֵּחַ pro מִזְבֵּחַ. Quia analogia, inquam? aut quo noster? Nam habent Iudei varia suas mutandarum literarum rationes: alias ex analogia Grammatica: alias ex Cabala. Et istas נִצְחָה vel אֲלֹהִים vel denique נִצְחָה. Sed haec nihil ad istam. Quis potio concessis nōtio horihī, & tam holopī in Hebraicis literis notiam sibi rationem communisci? ita nouam nobis legem imponere, ut ne audemus delirantis somnia non adorare?

XII. Nec sanius alterum ex Isaia sonnium. Nam quis pudor, נִצְחָה Missam deducet? Nec sonus idem, nec sensus. Sonnum abiudicant aures: & Grammatica discernit analogia: Nam & נִצְחָה quiescat, quod hotandum putauit Cotonus, tamen non est simile ei, quod offseruauit iterum quiescit in מִזְבֵּחַ. Nam est at non ab origine prima, sed ab inclinatione: at in מִזְבֵּחַ est ab ipsa originis necessitate: sed & נִצְחָה in מִזְבֵּחַ à flexione obliquus calus. in מִזְבֵּחַ radicale: sic enim loquuntur Hebrei Grammatici. Deniq; longum disserit inter נִצְחָה & סִמְךָ. Deniq; הַמִּזְבֵּחַ prima litera in מִזְבֵּחַ substancialis, in מִזְבֵּחַ formativa. Quare nulla Grammaticæ analogia finaliter pacit Millam, & מִזְבֵּחַ idem esse vocabulum.

XIII. Possit forte tenus subsidio esse: Cordon, non impugnat Cœnam. Verum ei longum discidium futurum cum suis συμμεταξ, quibus nostra displicuit Cœna. Quis autem nos Cordon iussit in disciplinari dati, potius quam alii? Tum autem quid promovet? Nam Missam omnē negant significare hoc Sacramentum, quia eus est communio: sed quatenus est Sacrificium. At מִזְבֵּחַ nullo modo significat Sacrificium, sed communionem potius.

XIV. Non est igitur Graeca: non est vox Hebreæ: Missa. Superest ut sit Latina. Et sic vitum Bellarmino, Suri, Vasqui, Lindano, Croquetio forte aliis. Sed quam antiqua? & qua significandi ratione? Haec enī duo problemata disputatione. Et antiquitatem quidem ab ipsis Ecclesiæ primordiis accessunt Cotonus, Richemont, Garelius in assertione Missæ Scottia dixit cum ipsa pene Romana Ecclesia naturum. Testes citans ex primo seculo Clemensem Epist., Eusebium Epist. 2. Et secundo, Alexandrum primum Epist. 1. Telephorum in decretali ad omnes Episcopos, c. 2. Hyginum. Ex tertio Iulium Africanum in vita Sancti Mathie. Hippolytus de consummatione seculi. Ex quarto, Sylvestri in generali Concilio Romano: Concilium Carthaginense secundum 43. Quartum Canone 88. Melititanum canone 12 Ambrosium lib. 5. Epistola 33. Hieronymum in Proter. 11. Augustinum de tempore, sermonibus 91. 137. 231. Ex quinto, Concilium Agathense, cap. 21. & 47. Leonem Epistola 81. ad Dioscorum, cap. 3. Et octagesima octava ad Episcopos Germania: Cassianum libro tertio, de horis. cap. 37. & 8.

XV. Nobis non negatur antiquum nomen esse; sed negantur tam alte repetenda eius secula. Nullum enim eius vestigium apparere tribus primis seculis, non obscurum, non suspectum. Nam Epistolas illas deca tales, qui cuq; habent pro legitimis iampridem exhibentur à choro doctorum: nec in iis laudandis absque pudore versantur primi nominis Papistæ, Baronius, & Bellarminus. Sed & illud obiicio, non constare, quæ fuit earum lingua prima. Cotonus in Sacramento Sacrificio discutius 7. §. 14. Censem, atq; Archerypa fuisse Latina? Decretales, vir bone, primo fuerunt scripta Graecæ à Papio primo, & antiquissime: tum translata in Vulgare idiomæ, quæ nunc habemus. Ast hoc si verum tum profecto Missæ bonum in iis esse oportet ex versione, quam esse procul à primis seculis docet Latinitas: Iulius Africanus is est, qui Abdæ Babylonij historiam certainam Apostoli interpretatus est. Hic autem profecto non scriptis Latinis: quare Missæ nomine non est vsus. Itaq; testimonium hinc nullum peti potest nisi quantum erit eius qui Latinæ edidit, incognitus autor. Qyanquam quid cum morentur librum; quem Andradus Definitionis Tridentinæ lib. 2. testatur à Paulo quanto tamquam suppositum fæcum fuisse repudiatum? Bellarminus in Scriptoribus Ecclesiasticis, Vita Apolorum, quæ sub eius Abdæ nomine circumscribitur, fabulosi similes sunt, quam vera narrationi. Sed nō que eius Abdæ aut libris sive vñl. in Veteri testamento inveniend. Vide Rietum cap. 6. lib. 11. Critici Sacri. Hippolytus ille de consummatione seculi, satis de Antichristo, p̄t̄er suspectam fidem iam omnibus eruditissimis Graecæ scriptus est. Nam eius autoris nulla alia opera commemorantur nisi Graecæ. Itaque Latinum interpretem opertuit esse cognitum, ut ex eius ætate; de testimonij pondere possit iudicium fieri. Et tamen denique apud eum nusquam id verbi legitur; vt Coronum oportuerit miruisse deceptu facilem.

XVI. Deinceps in vsu fuisse constat. Sed in quarto seculo nullo teste nisi Ambrosij vaico loco illo ex Epistola 33. & Africanis Conciliis. Nam Concilium illud Romanum sub Syvestro: & Augustini sermones de tempore suppositum sunt facti. Illos in Proterib; Commentarios Hieronymi esse: sed Bedæ vix dubitat quisquam. Tany rati testes argumento sunt, id vocabuli tunc temporis primum irrepsisse in Ecclesiasticum usum. Sed certum vñdecimque, aut quatuordecimque haec initia fuerint, tamen prædictientibus seculis; & quidem eiusmodi, vt barbaris magis ac magis invaserent, hoc etiam nominis celeberrimum euasisse: ac quinto plurimis: deinceps plerisq; omnibus in delicia fuisse.

XVII. Con-

XXVII. Concedimus ergo non esse nouum nomen: concedimus esse antiquum. Nam profecto quatuordecim seculorum ætas sufficit antiquitati vocabulorum, aut nihil sufficeret. Verum, querat aliquis, cur nos ergo non recipiamus. In promptu ratio est; quia nobis antiquiora & augustiora superant; Cœcæ videlicet, atque Eucharistia: quorum illud ab Apostolis ipisis, hoc proxime post Apostolos, & quidem non in uno Occidente, sed cum in Græca, tum in Latina Ecclesia, & forte etiam Syriaca: præterea auctiori significatione, magisq; digna tanto mysterio. Patiantur Papistæ, qui quoties liber, anriq; uitatis vniuersitatisq; tantam haberi volunt rationem, præferti hoc saltē loco, id quod est antiquius, quod est vniuersale magis. Ut taceam abusum Sacrificij: hic tantum, ut Missam ne Papistæ quidem nominent, nisi quatenus Sacrificium existimarent esse: quod nobis inollerabile. Certe nos omnium hominum minime vocabula odimus: sed omnium hominum minime iidem patimur vocabulorum prætextu Christianis imposturam fieri. Sed Richeomus certe mentitur nos o. c. sione vocabulorum fidem defere: Nam nostum aduersus Papisticam superstitionem nullum argumentum est à nudo vocabulorum defectu.

XXVII. Verum iis relictis nugis de significatione dicamus. Missam Latinam nomen Latioa Etymologia distinxit à mirendo ; nemo dubitat Nam quod Boeckerius obicit; apud Latinos haberi sancmissionem , vel missum : At Missam fœminino genere nunquam haec tenus' estam esse pondus aliquod habituuum erat olim apud teretes illas Latinorum aures quibus Tereantij, Cicerones, Cæsares, Salustij magistri erant dicendi. Sed postmodum cum inclinata est Latina lingua in barbariem ; quis mirabitur, Missam substantiue dictam ; qui apud Terrullianum legerit contra Marcionem libro 4. cap. 18. Diximus de remissione peccatorum. Et apud Cyprianum Epist. 10. Qui balaphemauerit in Spirituum Sanctum non habet remissionem. Et de bono patientie. Dominus baptizatur a seruo, & remissam peccatorum daturus, ipse non dedignatur lauacro regenerari nisi corpus abluerit. Enim uero cur non atas subsequens & magis dueireas a proprietate Latinissimi non eadem sueratione siue licentia dixerit Missam pro missione : qua dicta remissa promissione ? Cum iieldem legamus collectam , siue pro collatione electromynarum prioris ad Corinthios decimo sexto : siue pro coetibus Ecclesiasticis Leuitici vicesimo tertio , & alias : siue denique pro pedibus publice factis , ut frequenter in ordine Romano , quod certe non elegans , quam Missa.

XXIX. Quenam fuit ergo significatio analogia? Fuere qui deducunt à Sacrificio: quia scilicet etes sacrificata mitratur ad Deum; siue preces sunt, sive quid aliud. Alcuitus de diuinis officiis, capite qua dragefimo: *Missa autem dicuntur, quas transmissa: Vel quas transmissio: eu quod populus fidelis de suis meritis non presumens, recens & ciblationes quas Dic omnipotenti offerre desiderat per ministerium & orationem Sacerdotis ad Deum transmisiat.*

XXX. Lombardus longe aliter, distinctione 13. quarti: Missa dicitur
eo quod celestis nuntius ad consecrandum Euiscum corpus adueniat, iuxta
dictum Sacerdotis deus, Omnipotens Deus, inde haec perserri permanentem san-
ctam Angelitatem in subiecto altare tuum. Iccir non se Angelus venerit, missa ne-
quaquam iure volari potest. Sed, minus probabiliter, inquit Scotia, Ei enim Anglos huic tanto mysterio assistere omnino credendam sit: non ob id ta-
men Missam appellatam existimo. Id enim nimis extrinsecum est Sacrificio: a
laque plures sunt actiones, quibus inter sunt Angeli, qua Missa nimirum hanc
obtinuerit. Nonandum tamen Bonaventuram in eum Lombardi locutum:
non Angelum quemque exponete: Celestis iste missus, ait, scimus expo-
nit Innocentius, est magni consilii Angelus. Iste, inquam mittitur ad conse-
crandam: quia iste est Sacerdos invisibilis, qui consecrat, & conficit hoc Sa-
cramentum, ubi cung. conficiatur.

XXXI. Veritatem pars maior in eam abit sententiam, ut origo nominis sit a dimitiendo populo; quod bis fiebat: primum enim dimicabantur Catechumeni, & quibuscunque non licet in ecclesiis sacris mylitiss: postea iterum vniuersus populus omnibus perfectis. Augustinus sermon. 237. de tempore: Ecce post sermonem fit Missa Catechumenorum: manibun fideles. Vide oppositionem § fit illis Missa: isti mapebunt. Quis locus ambigend? Isidorus Originum lib. 6. cap. 19. Missa tempore sacrificii est, quando Catechumeni foras mittuntur, clamante lesta, Sequi Catechumenos remansit exeat foras. Et inde Missa: quid sacramentum aitari in cresson possum, qui nondum regenerati noscentur. Alcimus de diuino officio, cap. II. Vel Missa Et Isidorus dicit, dicta est ab emitendo. Tempore enim quo sacerdos incipit consecrare corpus Dominicum, dicendum est a Diacono post Euangelium, si quis Catechumenus est, procedat foras. Et qui tunc evoluuntur Catechumenti ab Ecclesia qui non debent interesse sacris mysteriis, eo quod non sunt perfecti. Idem cap. 40. Einitis omnibus ad stan: & obseruantur populo ab omni diauro, inclinante Diacono. Ita Missa est. Missa ergo nihil aliud intelligitur: quadammissa, id est absolutio, quae cel. brauis omnibus rite Diaconus esse pronuniat, & populus a solenni observatione dimittitur. Unde Et Missam Catechumenorum in canone dicunt, quoniam post Euangelij lectioem in ipsius celebrari sacramentia, quibus nullum nisi baptizatum interesset: tunc enim clamante Diacono, idem Catechumeni mittuntur foras. Missa ergo Catechumenorum fiebat ante actionem sacramentorum. Missa fidelium post confessionem & participationem corundem sacramentorum. Innocentius tertius de mysteriis Missarum lib. 6.c.12. Officium dividitur in Missam Catechumenorum, & fidelium Missam. Missa Catechumenorum est ab intromissione usq[ue] ad offertorium, & dicitur Missa ab emitendo: quia in tempore quo sacerdos in ipsius Euangeliis consecrat Catechumenti foras ab Ecclesia emittuntur. Missa fidelium est ab offertorio usq[ue] post communionem. Et dicitur a missa a dimitendo: quia iuncte ad propria p[ro]dela quisque dimittitur. Aequicinctum Bellatinus, Suares, Vasques, Croquetius, Scotus, Lindanus.

XXXII. Ex his facile est iudicare, quam peruerse hoc nominis hodie tantum non adoretur; certe præferatur aliis omniibus: cum tamen ad hoc Sacramentum nunc, pandum sit omnium ineptissimum, & indigessimum. Vt pote desumptum, ex nulla essentiali parte: imo omnino à nulla parte eius mysterij. Non enim à materia sive remota, sive propinquâ: non à forma: ne à cibis quidem tam materiæ, tum formæ additis: non ab yollo effectu. V-

C A P. III

De aqua miscenda.

I. **A**ctum est de nominibus breueri: neque enim tantum erat momentum ut aut severius discrepantes: aut prolixius disputantes pateretur. Sed de re huius sive Cœnæ, sive Eucharistæ, sive Missæ, infinitus ut ita dicam labyrinthus est quæstionum, immensa contouersiarum vehementia. Locos diliginxerunt rapistæ duos: ut primo agant de Eucharistiæ quatenus sacramentum est: deinde quatenus Sacrificium: quam distinctionem & nos seruare oportebit: etiæ commentitiam. Tum autem in Sacramento primo quicquid externum: post quicquid internum. Illud quicquid corporicum est: sensibileque complectitur. Illud quicquid spirituale & diuinum. Priori capite continentur Sacramenti eleminta: & hotum usus.

II. Elementa Eucharistiae gemina sunt, non numero tantum, sed etiam genere disparata, panis & vinum: quorum ille solidus est, & ad cibum pertinet; hoc vero liquidum & seruit potui. Vnde non tantum materia remota designatur, sed etiam propria inqua constat. Nam institutio diserta est apud Matth. 26. Edentibus eius accepit Iesu panem: & quem benedixisset frigat, deinde que discipulis, & aliis, Accipiles, comedite: hoc est corpus meum. Et accepto poculo, ac gratiis attis, deinde eis dicens, Bibite ex eo omnes: Hoc est enim sanguis meus.

III. Consentimus utique & si duo sunt signa; ac proinde formæ
deæ, tamen esse vnum Sacramentum: ea videlicet significacione, qua olim
diximus per Sacramentum significari non signum peculiariter: sed actionem
quandam sacram. Nam aliquis scimus & apud Grecos *αντρυ* dici
plurali numero; & apud Latinos Sacraenta. In Liturgia Basili^m προσθίνε
το *απίντυτα τη αγια σωματος ο και αιμάτος ο χρεσι σι*, Proponentes antity-
pascri corporis & sanguinis Christi. Nazianzenus oration. II. 38 π
των *απίντυτων ο πιοι σωματος ο και αιμάτος ο χριστων εις*. Si quid
etiam antityporum pretiosi corporis ac sanguinis manus recordat. Ge-
lasins aduersus Erychen, Sacramentaque summa corporis & sanguinis
Christi divina res est.

IV. Verum nihil obstat. quo minus quæ secundum eam notionem duodicitur Sacra menta, id est signa; eadem secundum aliam conficiant vnum Sacramentum: unde nobis confirmatum olim duo tantum christiana esse Sacra menta, vnico nomine designatum sive Cœna, sive Eucaristia Nec res difficultis; Nam Cœna id habet, ut consistat ex cibo & potu, & tamen vnum sit conuiuum, nimirum aggregatione. quonodo via demus ex fundatione parietibus, & recto imo vna Ecclesia ex multis fidelibus; siue ex laicis & clericis. Quare quicunque Scholastici de hoc capite litem mouerant, etiam suum mitlede corruperunt.

V. In clementorum materia remora, quam vocant; dominantur ab utrisque Artotyriæ, qui teste Augustino in hæresibus panem offerebant & caseum: Cataphyges & Pepuziani, qui sacramenta perhibentur suæ habere, inquit Augustinus, Nam de infantis amniti li sanguine, quem de toto eius corpore minus punctorum vulneribus extorquent, quasi Eucharistiam suam confiscere perhibentur, miscent serum farina, panemq; inde facientes. Denique Aquarij, qui teste Alfonso de Castro, pro calicis consecratione asserebant conesse apponendum vinum, sed solam aquam. Et certe nemini hominim permittendum est institutioni Dominicæ tam protinus contradicere.

V. I. Sed cum Papistis habent Catholici duo capita disputanda: unum de aqua, alterum de genere panis & vini. Nam illi vino consecrando admissent aquam, quanquam exigua quantitate. Quia diligens cautela est, propter miras difficultates obicitas transubstantiationi quam negant posse fieri ex aqua, nisi mediante vino: cui nulla vis est, propter himiam aquam, quod sentiunt Potores bibuli media de nocte factum. Quando ergo prodinatur Vinum (verba Bouauentura recito) soluitur spiritus cies aqua: Et cum soluta est, Et conuersa in vinum: Et sic converti potest. Non enim conueri potest nisi pars vel vinum. Iaq: digna canonibus cura est visa: unde Thomas artic. 8. quæst 74. part 3. citat. Extra de celebratio Missarum, servicio suis in suis partibus inuenit abusus, uidelicet quod in minori quantitate de aqua in Sacrifício p. niatur, qui m de vino: cum secundum rationabilem conj. e uero en Ecclesia generali p us in ipsa se de vino: quam de aqua ponendum.

VIII. Volunt autem adhiberi non ex integritate Sacramenti, sed ex congruitate; atq; adeo non omitti sine peccato mortali. Verba Bellarmino, Ecclesia Catholica semper creditit, ut nunc sicutum esse aqua binum mihi certi in calice, ut non possit sine graui peccato omitti. Quine iam addit, utrumque aqua Sacramentum confistere possit, non esse adeo certum: nulla addita nihilominus dubitandi ratione. Sed contra Soto, Appositio aquae non est de necessitate Sacramenti. Eto lumen Bonaventura quest. 3. dist. 11. quarti sententiarum. Dice: dum, quod de integritate Sacramenti huius sunt quatuor: ieslices materia fidei firmata, et ordine, et interiore conseruatio. De conservacione

bene esse, sunt quae sunt his annexa: neq; ergo cur non sit aliquid horum, non est de necessitate: sed annexum est materia; scilicet vino, quia adiungitur vino: & in ipsum conuertitur. Thomas art. 7 quæst. 77 part. 3. Consequens est quod appositiō aqua non sit de integritate Sacramenti. Biellectiones, in Canonem: Aqua admixtio non est de necessitate Sacramenti, sed sit de necessitate ministri conservantis. Cui alectioni confidet adhibuit argumentum: quia alioquin qui obliuione aut ignorantia omisisset, non excusaretur. Quia Graeci dicant aquam non apponere, & tamen consicere. Item, quod quicquid est de necessitate Sacramenti remaneat, vel secundum substantiam, vel secundum accidentem, quorum neutrum sit in aqua; cuius & substantia transit in vinum: & neq; odor neque sapor remanet. Quod nullo id Euangelio legatur aqua apposita. Quod quicquid est de substantia Sacramenti efficiat, quod figurat. Ast aqua nihil: quoniam neq; corpus Christi verum: neq; mysticum. Hæc illi Verum suos Papistæ morbos curant si velint, aut possint. Qualemque tamen necessitatem disputatione Bellarmine de Eucharistia lib. 4. cap. 10. Suares se. 2. disput. 45. Gregorius de Valencia punct. 1. quæst. 2. de Eucharistia, Dominicus Soto in 4. distin. 9. quæst. 1. art. 6. Alphonse de Castro contra hæcæs lib. 6. hæcæsi 7. de Eucharistia. Colonie Echiridium. Vasques dispu. 176.

VIII. Nostri via hanc disputationis partem attigerunt: excepto quem viderim Chemnitio in canonem nonum Tridentinum de Eucharistia: parte secunda examinis. Sie autem sentimus rem esse mere indifferentem: ideoque libere usurpandam, omittendam: dum ne turberetur ordo Ecclesiæ. Tantum ergo reprehendimus in Papistis, quod nullo praevente verbo Dei peccata & quidem mortalia fingant. Nam si possent aliorum Christianorum libertatem tolerare, nihil esset hac quidem in re, quod cum eis verbum commutaremus: sortasse ne discessissemus quidem: vt qui non soleamus in rebus huius generis aut Ecclesiam occupare: aut adeo nobis laborem creare. Sed profecto liberanda semel fuit Ecclesia hoc immanis tyrannidis iugo: quæ sibi nihil relinquit in aulam: nullam omittit vel tantillam occasionem impotentes dominandi superstitionis conscientis.

IX. Præcipuum illis argumentum est ab vsu perpetuo Ecclesiæ cuius colligunt infinita testimonia, iam ab ipsis primis repetita Patribus. Sed hæc nulla nos latet: nulla negantur. Tantum opponimus, inde non sequi vnum necessitatis genus, quo creatur peccatum. Videlicet ut a nullius Patris, nullius Concilij sit autoritas diuina: sed tantum Ecclesiastica: cum rerum agendarum potest ordinem, & iustitiam dirigere, cum qua nihil habet hæc aqua commune. Itaq; ne fatiganto seipso cōgerendis locorum plaustris: Nam qui scimus antiquissimum morem lactis & mellis fuisse sustentati in Baptismo: postea ramen abrogatum fuisse, persuaderi non poterimus quicquam humani additamenti necessarium esse Eucharistia celebrandæ. Habent mentem nostram: desinat esse importuni.

X. Rationes addunt. Earum prima hæc esto, ex facto Christi. Dominus vnum aqua mixtum consecravit. Igitur & nos ita facere debemus.

XI. Respondeo primum negari consequiam. Nam in Cœna lanit pedes Christus: & nemo tamen concludit id faciendum sub pena peccati mortalis. Imo consecravit vespere & post Cœnam: quod tamen etiam prohibet Ecclesia Romana. Ritus consecravit accumbens mensa: quod simpliciter nemo facit. Antecedens ergo contrahendum, vt intelligantur ea facienda in huius Sacramenti celebratione, quæ in eo facta sunt a Christo non per accidentem: sed propter ipsius Sacramenti plenitudinem: ad quam nequelatio pertinet, neque vespere, neque accubitus: ac ne hæc quidem aquæ mistio.

XII. Deinde; antecedens non certo constat; itaque Soto sic propoñit. Quia sic Christus probiliter creditur consecratus. Imo Concilium Tridentinum Canon. 8. Quid Christum Dominum ita fecisse credatur. Et sane nullum aquæ vestigium in vlo institutionis loco: Atqui ex antecedente tantum verisimili, non potest argumentum vnum certum educi.

XIII. At Bellarmine contra. Antecedens illud non minus certum esse, quam quod Dominus vnum consecraverit; non siceram, aut aquam solam. Videamus igitur, inquam, quid potuerit Bellarmine doctius somniare quam Soto. Ratio hæc est illi. Ex Euangelio, & Paulo expresse non habetur, nisi calicem sanguinis propinatum: nulla addita mentione vni Eucharistici.

XIV. Verum id præter desperationem nullum habet momentum. Nam legimus, Non bibam de hoc genimine vitiis: donec illud bibam nouum in regno Dei. Nam quod negat Sophista pertinere ad calicem Eucharistia; papistice fecit, non sincere; & refutatur non tantum ex Euangelistis, præcipue ex Marco, sed etiam à Maldonato. Tum autem alias à nobis examinandum erit. Itaq; certum, à Domino fuisse vnum adhibitum: non ita aquam,

XV. Et vero ratio solet asserti. Sobrietas, & mos patrius: quibus si quod inest pondus id pertinet ad promiscua conuicia; in quibus periclitari sobrietas poterat; & mos publicus violari. Sed neutrum in Sacramento. Etenim quantitas ipsa cauet sobrietati fatis superque. Mos autem nullus vñquam aut Iudæis aut aliis vñlis genibus fuit Sacramentum hoc celebrare: quod tunc primum instituebatur.

XVI. Secundaria: quia de latere Domini exiuit sanguis & aqua, Ioannis decimo nono. Nos autem in calice representamus lamen hunc effusum. Cum igitur representetur in calice id quod fluxit ex latere. At fluxit ex latere sanguis & aqua. Ergo non solo vno, sed etiam aqua representatur.

XVII. Respondeat pro me Bonaventura quæst. 3. distin. 11. quarti, Dicendum, quod per aquam illam, non significatur aqua ipsa, nec è conuerso: sed aquilla, aquam Baptismalem signat. Quæ sententia confirmatur multis Patrum autoritatibus, de quibus auctum, cap. 5. lib. 4. Instar Bellarmini: aliud esse representari & significari; aliud representare & significare: se autem non dicere, sanguinem & aquam significasse mixtionem vni & aquæ: sed significari potius per hanc mixtionem. Sed p̄xaminerat. Bonaventura versutiam: itaq; dixerat non significari, nec è conuerso. Et sane & que vtrumq; infirmum est, nec dicitur nisi autoritate Bellarmini.

XVIII. Secundo, fallit Bellarmine ab accidente. Nam verum quidem est representari sanguinem Christi fusum ex latere. Et verum sanguinem fluxisse cum aqua: sed non verum representari sanguinem & aquam. Ratio, quia Christus non iussit: nec post Christum quisquam potuit. Simile: Per

panem representamus corpus ut crucifixum. At hoc corpus crucifixum fuit spinis coronatum: nec tamen spinas quicquam est, quod representent.

XIX. Tertio respondeo aliud proponi, aliquid concludi: quod vix puerum dignum. Debuit enim hoc modo ratiocinatio confici. Quicquid fluxit elatere, representatur in calice. At sanguis & aqua representatur in calice. Ergo sanguis & aqua representatur in calice. At Sophista pro ista conclusione, coclusionem aliam reponit. Ergo non solum vno, sed etiam aqua representatur: cum de vno nihil esset actum in antecedente.

XX. Quarto dico, sanguinem & aquam ex latere Christi, representari per calicem vni: itaque nihil opus est aqua. Ratio antecedentis non est obscura: quia & que aperum est vnum representandum aquæ illi, ac sanguini. Videlicet: quia representatio est in fluxu, & ponit: nimis in ut bibendum nobis exhibeat id quod fluxit ab illo diuino latere: & que autem vtrumque occurrit in vno: Nec quisquam in hoc est, quod magis referat sanguinem illum, quam aquam illum. Et sane si nos oportet bibere vtrumque illud quod exiit de latere; ne potest, nisi scorsim vtrumque representetur scilicet per vnum & aquam. Ergo aquam istam oportet esse de necessitate Sacramenti: contra quam Papistæ definirunt.

XXI. Tertia ratio. Mysterio Eucharistiae significatur vno Christi cum Ecclesia. Id autem aptissime fit, ut admisceatur aqua vno. Vnu enim Christum, aquæ populos significant, Probatur haec ratio autoritate, Cypriani, Iulij Papæ, Eusebij, Ilidori, Rabani, & Conciliorum Bracarenis, ac Triburicensis.

XXII. Respondeo concedi antecedens: sed prudenter conclusionem esse à Bellarmino occultatam: quia nulla possit inde elicere. Et primum, non est necesse omnia in Eucharistia usurpati, quibus significari potest ea vno. Significatur enim per Baptismum: in quo Paulus testatur nos induere Christum. Eusebius Emilianus homilia quæ est Dominica prima in quadragesima, Qui per Baptismi Sacramentum eius corpori uniti sunt. Et Pelusota Epistola 195. lib. 3. etiam oves p̄p̄s ait Christo fieri per Baptismum. Vnimur ergo per Baptismum Christo. Vnu igitur Cœna Baptismum admiserit?

XXIII. Deinde nego per mixtionem aquæ significati vñionem nostram cum Christo. Ratio, quia neque naturaliter, neque ex institutione diuina. Nam in institutionem humanam iampridem præscriptum in Sacramentis momenti nihil obtinere. Esse ex institutione diuina nemo docet. Nisi forte tradidores fuerint Euangelista, traditor Paulus; qui hanc tam utrem partem retinebant. Non naturaliter, quia alioquin quoties in conuilio etiam prophano miscetur aqua vno; toties significatio illa obtinetur; quod est falsissimum.

XXIV. Sed aquæ, aiunt, populos significant. Semperne, inquam, an aliquando? Nam sator aliquando, vt Apocal. 17. Aquæ quæ videlicet ubi mersatrix sedet, populus sunt & turba, & gentes & lingua. Sed doceat me aliquis siue veterum Patrum; siue recentium Papistarum; quodnam sit hoc conclusionis genus; si semel, aut fortassis iterum, aqua significari populum, Ergo & in Eucharistia Sacramento. Nam cur nō etiam in Baptismo? Tum autem non aqua, sed aquæ: nam hæc multæ sunt: & turbulentæ; itaq; possunt populos significare: sed hæc aqua exigua est, & diserte cautum. Imperius est, parum de aqua apponere, quæ verba sunt Dominicæ: non potest ergo populum significare. Quidquid nunquam inuenias per aquas significari populum fidem: quo tamen nunc opus?

XXV. Denique, quod opus significari hoc modo populi vñionem cum Christo; quæ multo melius, & quidem ex institutione Christi significetur per communionem; id est hauriendo vnum? Consuluerint sane sibi vase, qui communionem detraxerunt; vt saltem pictura reliqua fieret populo, quomodo is qui pane non poterat liberos salutare, saltem fistula delebat: sed qui cauerent ne Christi violent institutionem, allegoricam hanc non quærunt coniunctionem, cum reali obtineant.

XXVI. Quarta ratio: Quia Calix Eucharistiae non solum figuratus fuit in Veteri Testamento per vnum: sed etiam in aqua quæ fluxit è Petra.

XXVII. Respondeo, nego sequi adhibendi aquam fuisse Eucharistia: Nam similiter, panis Eucharistia significatus fuit: non solum per manna panem cœlestem: & per panes propositionis, sed etiam per agnū paschalis carnes. Ergone pani Eucharistico adhibenda carnes fuere? Augustinus docuit nihil obstare quo minus vt variis vocabulis, sic diuersis multiplicibusq; signis eadem res significetur. Sed nunquam tamē docuit, qnties res eadem significatur, omnia debere conglobari, siue verba siue signa.

XXVIII. Quinta ratio: Quia Eucharistia est cibus ac potus spirituallis. Ergo dari debuit sub specie cibi & potus corporalis. At hic potus maximè conueniens naturæ humanae, est vnum aqua admixtum, vt docet.

XXIX. Imo etiam vnum purum est potus corporalis maxime conueniens humanæ naturæ, exhibans cor hominis. Tum autem vno addi aqua, duntaxat copioso, q; in hoc Sacramento, nullum est, vt aqua carere potuerit facile. Deniq; aquam misceri vno non minimam: sed vix pauciorum vno, maxime iis regionibus vbi institutum hoc fuit Sacramentum. Itaq; Papistæ discesserunt à naturali ratione potus, cui nos voluerunt subiicere.

XXX. Sexta ratio: Ad significandam duarum saturarum in Christo vñiosem. Quam rationem ponit Nicephorus lib. 18 cap. 50.

XXXI. Sed quid opus fuit, inquam, in hoc Sacramento designari hanc vtriusque naturæ in Christo coniunctionem? Vbi Christus instituit? Quis iussit Apostolus? Atqui non est pium omnia percurrendi scriptorum somnia, conuententes in Eucharistiam. Nectantur Theologæ Nicephorus autem, vt quicquid scripsit, pro oraculo habeatur. Quid? quod non vident in epistam Papistæ? Primo, quod signum nobis hic homonymum obtrudunt, ideoque non determinatum, ac proinde incertum; etenim hanc eandem mixtionem iam dixerunt denotare vñionem populi cum Christo. Deinde periculum hæreos cur pro nihilo habent? Non enim quoconque modo naturæ humanae vñiuntur in Christo: sed aouachies, arietes, contra Eutychianos: atqui aqua vno sic vñiuntur vt misceatur: & si Papistæ credimus, etiam muretur in vnum. Quid igitur obstat quo minus Eutychi faciunt, qui tam alte somniare didicerunt? Sic merentur decipi, qui suis imaginibus plus æquo fidunt.

C A P. I V.

De Azymo & Fermentato.

I. *A*ccedo ad qualitatem materiae, in qua controversia est de Pane
azymo, & fermentato; hoc est debetne Panis ad Eucharistiam
assumi fermentatus, an potius sine fermento. Disputatur apud Democh-
aem lib. 4. cap 2. Alphonsum de Castro de Eucharistia, heresi 2. Domini-
cum Soto in 4. distinct. 9. quæst. 1. artic. 4. Croquetum 129. Scortiam libro
de Missa 4. cap. . Bellarminum de Eucharistia lib. 4. cap. 1. Suarez disput. 44.
sect. 3. De Valentia tom. 4. disput. 6. punct. 1. Vasques in 3. disput. 172. 173.
& 174. Disputauit etiam Marcus Antonius de Dominis lib. 5. de Rep. Ec-
clesistica, cap. 6 §. 258 & deinceps.

11. Graci vtinatur fermentato. Hieremias Constantinopolitanus responso 1. ad Confessionem Augustinam cap. 10. εὐχετήσας ὅτις δηλαδὴ γέραπτο, τῇ τὸν αἴγαυς, οὐ πάντις fit fermentatus, non absque fermento. Et responso 2. cap. 4. τοῦ φίλοῦ δὲ τοῦ αἴγαυος εἰδὼς ὅτι εὐχετήσας ὁ εἰσιν αἴγαντος τῷ αἴγαυῳ, Offerimus porro non azymis, sed fermentato: quia hic re vera panis est. Et exstat tomo 6. Antiquarum lectio num Caecili Epistola Michaelis Constantinopolitanus ad Ioannem Cannensem Episcopum; & Nicetii Pectorati scriptum, in quibus aduersus Latinos hæc res dicitur in animo.

III. Etiam autem virtutique illi scripto atrocissime responderit Humbertus Episcopus Syluz Candide: tam Latinorum sententia moderatior est de finientium ad naturam Sacramenti nihil interesse azymo utraris fermentatio. Itaque Graecos haereticis anaumerati testatur Alphonsus de Castro, non quod in fermento conficiant: sed quia sic confidentes putent in azymo non posse confici. Cui accedit Gregorius de Valentia, Greco, inquit, in eorum viuntur fermento non sunt schismati, sed propterea quod putant non nisi in fermentato posse & debere Sacramentum confici. Hoc tamen posito addunt, necessitate praetempti Ecclesiastici obligantis sub peccato (verba sunt Gregorii de Valentia) debere esse azymum in Ecclesia Latina, & fermentatum in Graeca: sive quando Eucharistia celebratur ritu Ecclesie Latinae debere esse azymum: quando autem ritu Ecclesie Graecae, fermentatum.

IV. Nos itidem scimus: & vtrouis pane confici sacramentum posse:
& retinendum cuique esse sua Ecclesiaz morem. Verum addimus primo,
optimum esse, omnes Ecclesias etiam hac parte conformes esse, tum te-
standæ viae gratia, tum vt infirmiorum conscientiaz consulatur. Dein-
de optimum videri & proximum instituti sacramenti scopo, usurpari fer-
mentatum. Itaque hoc potius vtrum, paucis Ecclesiis exceptis, quibuscum
non est propterea nobis noui vnanimis consensus. Quo argumento constet,
ne à Papistis quidem nos fuisse recessuros, si non alii longe periculosoress
errore coegissent.

V. Hic igitur status est questionis Catholicos inter & Papistas; Vtrum sit conuenientius panem azymum usurpare, an potius fermentatum. Nam hunc Papistæ præferunt: nos vero illum malumus: & tanto malumus, quanto illi confidentius azymi prætexu deuenerunt tandem ad non panem; sed farinacea folia; quæ neque panis formam habent; neque pro pane vñquam usquam genitum fuere visitata.

VI. Nobis prima ratio est: cum nusquam nisi panis mentio sit; nulla ad dicta circumstantia; panem intelligi visum & communem. Sic enim sole re tum Scripturam, tum vulgus hominum: ut panem quoties peculiari ter notare voluerit extra ordinem, nec vsu communi tritum; aut nomen proprium vspereat, aut addant epitheton. Sic Genesios 16 quia ηλιος non panis est ordinarius, s.d. quoddam panis genus subitarium; quod Graeci dixerunt ιεροφας; Latinus reddidit panes subcineritos. Nam alias quoties Panis absolute nominatur (nisi forte circumstantia obsit) non aliud intelligitur quam ordinarius. Sic Genesios 18. Melchisedec proferentem panem & vinum, nemo somniauit usum azymo. Nec me necesse est locos huic similes colligere, qui occurrunt innumeri. Constat autem azymum panem fuisse extraordinarium, nec vulgo visum. Itaque cum eius fuit initio genitus usus, peculiari praecepto opus fuit, ubi non panis non minaretur absolute; sed peculiari ter ille designaretur qui carere fermento. Cuius testimoniū est luculentum in institutione Paschatis Exodi 12.

VII. Cum ergo in Eucharistia Sacramento non nisi panis absolute suspetur; nunquam autem panis azymus; sufficienter nobis concluditur, nos tantum nullum genus panis excipi: sed etiam illud potissimum indicari, qui sit in vsu maxime. Ut cum legimus Esaie 58. Frange esuriens panem; nullum nos quidem panis genus excipi credimus: sed existimamus tamen eleemosynis maxime aptum esse communem panem. Hæc igitur prima causa est, cur patremus præponderare panem fermentatum.

VIII. Addimus ipsam sacramenti naturam, quae est in significanda communione nostra cum Christo, per similitudinem alii menti corporis. Quae significatio cum maxime efficax est, cum typus sumitur, cui maxime congruit alimenti ratio. Hac autem magis congruit fermentato, propter usum communiorem; quae ratio seruata in vino est. Nam et si aqua aptissima sit pota: ramen vinum est usitatus.

I. Tertio, panis azymi usus ex præcepto pertinebat ad ceremonias Iudaicas: quæ omnes antiquatæ sunt in Nouo Testamento. Itaque cum hius Sacramenti celebratio sit pars Testamenti Noui, oportuit in eo hanc aboliri circumstantiam.

X. Huic argumento Bellarminus responderet. Non esse Iudaizare, ut iis
dem debet cum Iudeis, dum nos eodem ritu, aut ad eundem finem. Itaque
azymo ut ad Sacramentum Eucharistiae, & significandam Christi purifica-
tio[n]em & sinceritatem, quæ fuit, & sit, non esse Iudaicum. Alioquin non fore
viendum aqua in Baptismo, quæ adh[er]ebatur Iudaicis purificationibus:
imo ne fermentato quidem: quum idem Iudæi vterentur eo, ut patet Leui-
tici 7. & 23.

XI. Sed non respondet. Non enim usum diximus: sed usum ex præcepto: cum ei pitur libertas in utramque partem: & alterutra sanctitur sub peccato. Possunt autem suis institutis varia prætexere superstitionis homines: sed omnia illa factum non excusat. Itaque Paulus simpliciter damnat eos: qui subiiciunt se esse eleemosynis inanibus. Nec Eustathiani olim excusat: cum abstineat cibis communibus: et si alio fine quam Encrasire. Nec Pa-

etiam accusant Nicolaismi, qui Sacerdotibus uxores hodie permittunt: et si longe aliam permisstendi causam habeant. Et tamen ita esto sane. Liceat interdum alio fine, aliisque ritu, iisdem vii instituris cum populo Iudaico: astrum quærendum restat, utrum solennibus, sed tamen præter autoritatem diuinam. Nobis enim persuaderi non potest.

XII. Baptismi, & fermentati longe alia ratio. Nimirum, quia Iudæi, tum aqua, tum fermentatio non vrebantur tanquam Iudæi, sed tanquam homines: id est ex viuersali iure pertinente ad omnes homines: cum azymo vi sint tanquam Iudæi. Itaque nihil prohibere potuit, quod minus aqua Baptismo adiaberetur non ex Iudaismi instituto: sed ex viuersali more laudandi aqua, quæcumque impura sunt. Et similiter fermentum Eucharistiz, quod omnes ubique terratum fermento vtantur ad corporis alimentum: ut nulla Iudaismi ratio possit esse suspecta.

XIII. Addimus quarto, in via uetus veteri Ecclesia nulla prorsus apparet vestigia usurpati communiter azymi in huius Sacramenti celebratione. Vnde ne aduersarii quidem, quicquid impenderint diligentiae, ultra Anselmum, aut certe Gregorium potuerunt ascendere.

XIV. Nam quod vnicum habuerunt ex Epiphanio testimonium in Ebionitis, non puto ab iis bene expensum. Vasques, Epiphanius plane testatur rictum in azymo consecrandi ab Apostolis & eorum successo: ibus seruatum fuisse. Et reperit, quasi totidem verbis legisset, Quod sane non solum de Latina: sed etiam de Graeca Ecclesia intelligit quando hunc ritum Apostolis, & eorum successoribus tribuit. Quid ergo ille iam disserit legit in Epiphanio? quos Apostolos: quos Apostolorum successores? En tibi, Μυστήρια διὰ δύοτε
και τρίτου μηνὸν τοῦ ἡγιείου τῆς οὐρανίας δόντες εἰς κοινωνίαν διὰ της ζώνης: τοῦ ἔτους τοῦ δύοτε πολὺς, Mysteria facient ad initiationem sanctorum in Ecclesia ab anno in annum per azymos: & alteram mysterii partem per aquam filam. Atqui haec verba, præter quam quod de Apostolis utilit, aut eorum successoribus, ne loquuntur quidem de perpetua mysteriorum celebratione, sed annua duntaxat, δόντες εἰς κοινωνίαν. Quomodo cum Patriarchæ Cœnam Domini nominant, nihil aliud habent in animo, quam semel recurrentem quotannis solennitatem. Sicut ergo, cum in hac pedes lauant, non id referunt ad celebrationem Eucharistie, sic non sequitur, quum quotaenam semel azymus usupparetur, id factum ex Sacramenti ingenio. Quid? quod ambiguum vtrum illa sanctorum imitatio ad azymum pertinet, an ad annum solennitatem tantum? Hoc sensu; ut dicantur imitati sanctos in eo, quod de anno in annum celebrarent; et si id haberent proprium, vt in azymo? Et ita videtur colligi ex altero membro, quod est de aqua.

XV. Papistæ obiicunt primo Christi factum; de quo prolixe disputant aduersus Græcos. Hi enim contendunt vsum Christum fermentato: & hoc ut obtineant, enixi disputant anticipasse tempus Aggo edendo constitutum. Id est, decima tercia Luna comedisse; cum esset comedendum decima quarta. Vnde inferunt vsum fermentato, quia non fermentati vsls inchoaret tantum decima quarta. Papistæ diligentissime disputant contra hanc anticipationem: & suo legitimoque tempore celebratum fuisse id Paschæ festum, cum exterminaretur ab vniverſa Iudea fermentum. Quare isto Christum non esse vslam. Itaque consultius esse vt azymo.

XVI. Adversum nos intempestiva disputatio est de anticipatione, quam neverisimilem quidem putamus. Persuaderi enim non possumus tam manifeste legem fuisse violaram in te maximi momenti, à quo videmus curiosissime obseruatam in minoribus. Lex autem erat diserta, ut non ante I⁴. Lunam fieret solennitas: nec fieret, nisi in azymo. Alio tamen modo docti anticipationem factam docent: nempe, quia mos fuerit apud Iudeos festa concurrentia in continuos duos dies, copulari in posteriorem: Itaque tunc temporis Pascha incident in decimam quarram Lunam feria quinta, sub vesperam, cum inchoaretur Iudaicæ sexta, translatum in Sabbathum cui initium Iudaicum à vespere feria sextæ, quæ erat Luna decima quarta. Tunc igitur Christum neglexisse Iudaicam consuetudinem; & redire ad legis prescripnum, exacteque obseruasse Lunam decimam quartam. Certo enim certius est, ex Evangelistarum narratione, postridie Iudeos celebrasse, quam Christum.

XVII. Sed haec anticipatio nihil obest azymis. Itaque nos sane fate-
mur Christum, etiam in hoc capite, legem exacte obseruisse; exterminato
selicet fermento ex sua familia. Neque enim sit verisimile, qui in illo capi-
te nollet violatam legem, in altero voluisse scandalo esse omnibus.

XVIII. Quid igitur ad argumentum Papisticum regerimus? **Hoc** facilius: fuisse usurpatum azymum per accidens, sicut agam: nempe ex tempore circumstantia? Quare, quomodo non est necesse agnum adhiberi, sic neque azymum. Sic in Baptismo, lotus est in flumine, non quia necesse esset, sed quia Ioannes lavaret in flumine. Obvio igitur pane vius, non autem peculiaris, propriaque diligentia apparato in usum Sacramentalem; ducit & nos obuio vti. Beate Suates, *Constatinum diuinum neutrum horum esse praeceptum: quia solum Christi factum non satis est ad inducendum praeceptum. Nam licet conseruauerit in vino albo, verbigratia, aut hora noctis, non ideo praescribit nos*

XIX. Secundum argumentum Papistarum: quia panis azymus significat puritatem & sinceritatem corporis Christi: vel eam quam habere debent, qui ad Sacramentum accedant. Rationem addit Vasques. Siquidem panis azymus nullam omnino patitur corruptionem: contra vero fermentatus, hoc ipso quod fermentatur, aliquo pacto corruptitur. Vnde Suares obseruat Paulo dictum 1.ad Corinth. 5 Epulemur, non in fermento veteri, sed in azymo sinceritatis & puritatis.

X. Hæc igitur legitima regula est, ut quicquid habere poterit aliquid mysterii, id conuechatur in Eucharistiam? Atqui nobis certum in eo sacramento, ut in reliquis, nihil esse posse mysterii, nisi quod institutio inservit; quæ nullius hominis esse potest; ne omnium quidem simul hominum. Itaque, vel hæc ~~magis~~ nobis videtur sontica causa amouendi huius mortis; vel alius, vel nobis ipsi hanc audendi licentiam iadulgeamus.

XXI. Sed eam azymus puritatem significat. Atqui primo; quis iusfit in pane tantum puritatem affectari, & non in calice? Nam profecto, sanguis Christi purus ac sincerus: atque ad eum qui accedit minime tolerandus impurus. Cur ergo vino miscetur aqua? Nam ita fieri vi-
num impurum nemo ignorat. Et restatur scriptura. *Ego in Vino*

mistum aqua. Quod si in vino subtilitas est interpestiuia, magnum quid sibi Papistæ imponant, probatur in pane esse necessariam.

XXII. Deinde puritatem corporis Christi quomodo significari dicitis? Antene quam facta sit consecratio; an postea? Nam ante, quomodo, cum nullum sit Sacramentum; ac proinde non corpus Christi? Postea autem non potest, cum nihil sit azymo: quia nihil panis. Nam, ut sit azymus, non est, credo, accidens sine subiecto remanens, ut colot, odor, sapor, quantitas, reliqua. Imo, quid fermentatum nocere potest? Nam substantia est quedam panis: quandoquidem eius pars est. At si panis nullus, profecto neque fermentum: ideoque post consecratonem semper azymus erit: quia fermentum in aura abierit: & unde puritati suus futurus locus. Nisi forte somnia hoc est, & nichil amplius.

XXIII. Tertio, quomodo puritas significetur accedentiū, neque ego video, neque Sophista dignati sunt docere. Atqui non de nihilo mīhi scrupulus. Etenim rationem oportet eandem esse panis ad *nō ē corpus*, quam accedentiū ad puritatem: & aliterante; panis ad accedentiū, quam *Ē corpus* ad puritatem. Quomodo ergo *nō ē corpus* typus est puritatis, ita panis accedentiū. Atqui nunquam erat auditum iāter Theologos panem esse typum nisi corporis Christi.

XXIV. Terciam rationem Suares Laconice concipit; panem azymum magis esse immunem ab omni corruptione. Sed explicatus Thomas: Fermentum habet aliqui dico corruptionis: & ex pane corruptio non potest confici hoc sacramentum. Posset itaque tanta esse corruptio fermenti, quod ex eo non posset confici sacramentum.

XXV. Atqui similis ratio in altera specie: Ipsi enim docent tantum posse infundi aqua, ut non possit fieri sacramentum. Et tamen non exclusum aquam: sed cautelam adhibuerunt, ut minimum aquae admiseretur. Cur non hic interea patet infirmitas argumentum. Etenim, cum possit esse revertendum periculi in aqua, vel aequalis cautela in fermento: profecto ut aqua debuit itidem exterminari: vel fermentum itidem permitti. Sed non hic solum patet facit ipsa se Papista Theologus inconstantia.

XXVI. Veititramen, corruptionem quam intelligunt, quas? An quæ ipsum panem corrumpat, ut deficiat esse panis: an quæ aliquid alteret naturam materiae, unde si panis? Etenim, si hanc, cotidie mutat aliquid esse corruptionis in fermento: sed hanc negamus mutationem officere sacramento: alioquin negamus in quoam fieri posse sacramentum. Etenim triticum ipsum, quando manerit triticum, non potest fieri panis: nec potest aptus esse consecrationis. Cum ergo nec esse sit non manere triticum; etiam necesse est corruptio: ac proinde in omni pane, semper est aliqui dico corruptionis: nec tamen propterea omnis panis inceptus consecrationi.

XXVII. Anigitur configent ad alteram corruptionem? Atqui negamus in fermento ullam esse corruptionem, q̄d possit efficere ut non fiat panis: nisi quæ sit fortasse, ut ipsam definat esse fermentum: quo casu cessat Sophistarum subtilitas: nam si desit esse, nihil habet fermentatum. Sedin omni fermento, quæ corruptione intelligitur, eam oportet esse, quæ fermento constituerendo necessaria sit. Atqui hanc unquam panem destruit.

XXVIII. Fallo: an immunem à corruptione Suares dixit eum panem, qui difficilis corrumphi queat, postquam factus est panis? Sed non negamus azymum sic difficilis corrumphi: quoniam potius experientia quotidiana sit in oppositum. Tum autem in Eucharistia meritis nullus: quæ non nisi ie vnu consistat præsentis: quod suo loco dispensatur sumus, Deo dante. In vnu autem præsenti dilectione periculum est simili corruptionis. Cur enim in pane potius, quam in vno? Itaque quomodo vnu, quod tamen factum est, non corrumpi queruntur, non iusterunt exsolari, sic neque fermentum debuerunt.

XXIX. Quartam rationem ex Aſſilio Suares: idem mutatur: quia panis azymus facilis, purus, ac decentius conficitur: Neq̄ vero breuius Suares, quam Anselmus pſervi: nemō possit, aut axiomatis tam dicitur veritatem intelligere: aut ullam consequentia necessariam concipere.

XXX. Facilius, autem, confici ut azymus. Ita est, inquam: quia prius fermentum confidendum, post ex eo panis. Sed quid? purumusc inſtituendo sacramentum, pſtor am inſtituſſe, & vnuſſe tum fieri panes, in prodicatu, cum essent consecranda: non potius, paratissime vnu? Nempe etiam facilius aqua paratur quam vnu: & tamen eadem non assumptis sed vnu: denique quia to facilius vnu conficitur, quam panis? Et non sunt ridiculi, qui has subtilitatum quisquilius conquirunt?

XXXI. Purius ac decentius. Atqui id vel ad naturam panis ipsum pertinet, ut azymus, quatenus panis sit purior ac decentior fermentato: vel ad religionem: ut azymus sit aptior religione Christianæ, quam fermentatus. Illud fateor me non posse concipere. Et si conciperem, negare tamen ad Eucharistiam pertinere. Hoc vero simpliciter nego: quia ad religionem nullus panis pertinet, nisi sacramentalis: quatenus videlicet consecratus. Itaque omnis eius puritas: & decentia pertinens ad religionem, pender à consecratione: quæ, cum non sit aut alia aut fortior in azymo, non potest etiam maiorem puritatem deceniāmē confitare.

XXXII. Superius rations duas, quas miror ac decentior fermentato: vel ad religionem: ut azymus sit aptior religione Christianæ, quam fermentatus. Ille ita dixit: i diuina per ea, quæ digniora cognoscimus, exequi debemus: cum Sacramentum de quo agitur, de panis sicut azymo sive fermentatu substantia, confiteat celebrandum, quem panem digniorem astimamus ad faciem dampnificandi corporis veritatem, n̄ si illum quem verus lex elegit ad significandam, & Euangelium ad exhibendam candem veritatem?

XXXIII. Sed primum repetō signorum sacramentalium nullam dignitatem esse, n̄ si a consecrata iuste: itaque azymum consecratum nihilo esse dignius fermentato consecrato: solumque dignitatis discrimen est inter consecratum, & non consecratum: ideoque digniorem esse fermentatum consecratum, azymo non consecrato & contra. Deinde nego, azymum aut in veteri lege assumptum ad significandam Christi: veritatem: aut in noua ad exhibendam. Non in veteri, quia nullum eius rei extet vestigium: nam azymus paschæ, notum est, quid significat. Noi in novo, quia nusquam scriptura dixit panem azymum fuisse delectum: sed simpliciter usurpatum, ex præsenti temporis circumstantia, colligendem reliquit.

XXXIV. Humberti ratiocinatio sic habet. Quod passio & mors Christi conuenientius annuntietur azymo quam fermentato, ex hoc comprobatur, quod Dominus ipse azymo discipulis memoriam sui agendum tradidit.

dit. Et, quod in lege panis afflictionis dicitur: vi per hoc premouemur affigere animas nostras, & pariter offerre Sacramentum Deo spiritum contrabulatum, cor contritum & humilem; illud Apostoli recolentes, Cum timore & tremore v stram ipsorum salutem operemur. Et, Si compatis & coram regnabit.

XXXV. Respondō negari mortem Domini conuenientius annuntiatā azymo. Ratio negandi, tum quia nulla institutionis parte insinuatā tum quia vi iam aliquoties dictum; signorum conuenientia nulla, n̄ si a consecracione.

XXXVI. Confirmatio istes sunt inutiles. Nam Christum tradidisse memoriam sui agendum azymo, si factum illud individuum significet, concedit: sane: sed negatur quicquam concludi; vt alias dictum: si autem legem in posterum, hoc vero ne Papista quidem concedunt. Spiritum contrabulatum, nego. Christum voluisse nobis significatum per azymum: sed tantum in Veteri Testamento: cui sunt eiusmodi figura telinquenda non reuocandæ in Christianum usum. Tum autem non in Eucharistia sola offerendum ei sunt: contrabulati spiritus sacrificium: sed tota vita. Cur non ergo concludunt si perfidiosi homines tota vita usurpandū azymum? Quod si horrent, quid habent, quo quenquam vi geant? Neque enim veritatis videntur azymo, quos eius officii sumus admonendi.

C A P. V.

De Consecratio: e.

I. A Remota materia panis & vni, transimus ad propinquam, quæ describitur eorum usum: quem ex Institutione verbis sic habemus. Eden ibi eu accepit Iesu panem: & quem benedixisset frigide dicitur. Accipite & medite: hos est corpus meum. Et accepero oculos: & gratias a te dedit eis dominus. Bibite ex eo omnes: hoc est enim sanguis meus. Noui illius Testamenti, qui pro multis effunditur. Ex quibus verbis audimus primus ager: & deinde dare clementia accipiendā; vtrunque secundum suam natum, nēmpe panem frangi, & edere: vnuum distibutum & potari: tradi autem a Christo, accipere discipulis.

II. Inde quæstiones de consecratio: elementorum: tum corundem vnu extero, cuius multa capita sunt futura.

III. Notauimus olim consensum communem, clementia ex quibus sacramenta constant, res esse naturales, à se ipsis nichil habentes, qui sunt sacramenta: itaque necessariam est institutionem esse qua faciat quod non facit. Id generaliter dictum, est in Eucha. Et a veritate suam contra Faustum libri 20. cap. 13. Noster Janu & calix certa consecratio mysticus fit nobis, non nascitur. Prinde quod non ita sit, quanum sit panis & calix, instrumentum est refectionis, non sacramentum religionis. Ambos ipsis qui initiantur cap. 9. Non hoc esse quod natura formauit, sed quo benedictio concreta. Et 4. de Sacramentis. 4. Quomodo potest, qui panis est, co pue esse Christi Consecratio. Consecratio: gitur vocab. Iam est solenne significans id quod sit, vi hinc signa visibilia, quæ per se profana sunt, & aliena à mysteriis religionis, sunt sacramenta corporis & sanguinis Christi: sive sunt corpus & sanguis Christi.

IV. De hac consecratio: disputarunt: Bellarminus de Eucharistia libri 4. cap. 12. 13. & 14. Salmero tom. 9. tractat. 13. Suares de Sacramentis disput. 58 Gregorius de Valentia de Eucharistia a quæst. 6. Vasques in 3. Thomæ disput. 197. Claudius Sanctus Repetitorius 7. cap. 5. De capite Frontrium Archiepiscopus Cæsarialis tractatu de necessaria correctione Theologiae Scholastice. Croquetius Catechesi 130.

V. Papistas vehementer exercuit hæc palestra, d. stractos in varia op̄iones. Fuere qui nullis verbis Christum dicere conseruasse, sed absolu- ta potestate, & voluntate, vel tactu, vel aliquo signo extenso. Huius sunt autem eorum: Innocentius tertius, Innocentius quartus, Franciscus Maironis, Gabriel Biel Godefridus Piccauensis, Guillelmus Durantius Mimatensis, Ambrosius Catharinus.

VI. Alii omni aliquibus verbis Christum usum volent. Sed nonnulli hinc nobis incogita dixerunt: cui sententia autem nullum Suares assi- gnauit; sed Archiepiscopus Ille Cæsarius Albertum commentariis super Euangeliū. At contra plerique omnes verba consecratio expresa direxerunt in institutione apud Euangeliā, & Paulum assigueruntque ista. Hic est corpus meum: Hic est sanguis meus. Sed hoc iſi sum varius.

VII. Fuere enim qui hinc prolata in agitant: semel secreto, nēmpe antequam panem acciperet, dare tque discipulis: & iterum clara voce prout ab Euangeliis recitantur. Autor notatur Stephanus Episcopus Hedunensis. Alius semel tantum dicta, prout semel ab Euangeliis recitata: sed nonnulli negant ab Euangeliis seruatum ordinem rerum: Christum enim ea verba protulisse ab initio, cum nota bene dixisset. Alii vero sic protulisse diuinariunt: vt ab initio consecratio pertingerent ad finem distributionis: id est prolongationem durasse, dum Christus benedicaret, frangeret, & daret. Hanc ille Cæsarius in putat Thomæ Ruyss Scotus & Cæsarialis. Alii semel eundem fuisse ordinem rerum, & narrationis apud Euangeliis: sed consecratio Christum; non dum benedicit, sed cum dedit. Denique alii dicunt sine illo ordine omnia simul a Christo facta fuisse, dictaque: sed non potuisse Euangeliast semel omnia narrare. Hanc, inquit ille Cæsarius, opinionem aliqui nunc apud nos Theologi sequuntur. Sic numerantur omnino septem opinones.

VIII. Necdum finis tamē superest enim gemina dissensionis occasio, quam utriamque describam ex illo Cæsarius. De capite fourti, Eſtigit alia quæſi: an solus quatuor verbis. Hoc est corpus meum, fieri consecratio possit. Hic et rūm in duas difficit: sunt opinioſi S. Thomas & illius opinionem sequentes, tenet quod sit Scotus tenet oppositum, dicens opus esse alios verbis, per quæ Christi verba ad materiam applicari significatur, effobereditio[n]e Ecclesiæ verba, quibus pei: ut oblatæ minera panis & unisiant cor, & sanguis Christi. Hanc opinionem sequuntur sunt Theologi Colonenses in suo antidiagmata contra Lutherum, & Lindanus Episcopus in sua Panoplia, & Catharinus in duobus de hac materia libellis R. 1.

LIBER SEXTVS. CAP. V.

155

bells Ronze ab eo editis. Colonenses & Lindanus tenent cum Angelo & Pelbaro quod nihil omnino fieret, si quis sola verborum prolatione sine Ecclesiastica prece consolare attentaret.

IX. Rassum alia agitatur inter Scholasticos quæstio: An verba Christi materialiter, an vero significative in consecrationis forma sumantur. Hic uerum magna reperitur opinione diuersitas. Bona pars enim, quod materialiter sumantur, sed diuisi hi inter se sunt: quia dicunt, quod materialiter tantum sumantur: alijs vero quod simul materialiter & significative, ut diuus Thomas & sui sectatores: alijs quod partim materialiter, partim significative. Sunt alijs, qui ea significativa tantum accipi afferunt, ut Marsi ius in qua cum. Innocentius autem tertius & Innocentius quartus, & Glossa in canonem, Timorem, de Consecratione distinctione 2. tenent quod materialiter iancum sumantur: quos sequuntur multi ex Scholasticis: uti Durandus, Godefridus pictauiensis, Maioritis, Brulefer, Picus Mardonius, Ga'riel Biel, Cartharinus. Qui vero ea significatione sumi afferunt, sicuti sunt in tot variis opiniones, ut vix eas numerare sit. Certe Guido Brianzio super quarum sententiarum numerat novem; & suam adiicit, qua decimam facit.

X Sic omnino oportuit, nec aliter potuit: accidere, quibus solenne est subtilitate ipsos se se pascere, alii illudere. Hodie modestiores videntur facti: & omnes docere, illa tantum verba, quæ formalia dicunt, sive sacramentalia pertinere ad consecrationem. Sic enim Bellarminus, sic Suarez, sic Vauques, sic de Valentia. Veruntamen Salmero etih>anc sententiam non improbet; tamen alteram longe prolixius demonstrare conatus est: & iis verbis, ut facile constet eo inclinare, ut consecratio amplior sit, quam ut iis tam paucis verbis continetur. Concilium Tridentinum rem viuensam silentio prætermisit: ut solet pleraque alia inter suos confluensia.

XI. Nos in eo sumus, ut Consecrationem distinguamus à forma Sacra-
menti, ut totum à parte. Consecrationem dicimus esse in tota Christi insti-
tutione: ut quicquid ille fecerit ad eam pertinens, nosque iussit facere,
eo ipso consecrari credamus Sacramentum; ne exclusis quidem Ecclesiæ
precibus; quibus id ipsum à Deo postulatur fieri, quod ea institutione con-
tinetur. Formam non diffinemus illis verbis contineri, quibus effectum
consecrationis indicatur, nempe ut panis sit corpus, calix vero sanguis Christi.
Quod cum nulla alia verba desigunt præter hæc, Hoc est corpus meum;
Hoc est sanguis meus; haud est difficultas conciludere his tantum contineri for-
mae Sacramentalis; id est, illud peculiare discrimen, quo sit, ut panis iste,
calix iste longe sit aliis ab alio quoconque pane, & calice. Sed hoc ipsum
discrimen ab his duratim fieri, non possumus concedere.

XII. Itaque in Sacrosanctæ Cœni solennitate religiose obseruamus, ut & preces concipiamus ad Deum, rogantes ut quæ Christus sanctificauit nobis pro sint ad salutem: & recitemus ad verbum primam huius Sacramenti-institutionem ex Paulo: cui recitata attemperemus exhortationem ad praesentem populum, ut nec ignoret quid aucturis vocetur, & accedat ita dispensatus, ut tanto dignum est mysterio.

XXIII. Quare Ioannis Albini cap.8.lib.1. de Sacramento altaris impudens calumnia est disputantis aduersum nos, quasi Consecrationem panis damnantes; & opponentis aliquam multos veterum locos, qui vel consecrari dicunt elementa, vel verbis diuinis mutari. Adeo manifestum est nihil istis Sophistis esse pensi dum odiose declament aduersum nos. Potuit ille quidem in nostros incidisse improbantes magicam illam vim quam Papistæ verbis ipsis tribuunt, quasi iis indita quædam potentia mysterium peragat; & aliter operetur, quam per significationem in animis humanis; et que atque adeo haud alia notione consecrationem nominaat. Sed longe aliud est huius absurditatis detectatio, quæ absurditas nulli venit unquam in mentem Catholicó, nendum Veteribus: aliud ipsius consecratio-nis improbatio; quam Consecrationem non potest tollere; nisi vel simul Sacramentum tollas, vel dicas esse naturale: quorum virutumque etque ab-
surdum.

XIV. Sed è nostra sententia video tria disputanda. Vnam, quod institutionem sumamus ex Paulo: alterum quod totam sumamus pro institutione: tertium quod totam alta voce pronunciemus ad populum. Duo prius comprehendit S. Inctetus in hunc modum. Redarguntur, inquit, quod in secessu iam non recident institutionem Domini ex Evangelistis, à quibus est edita sed intra omniū Christianorum m̄ rem, & omnium liturgiarum ritum, Apostoli Pauli de Cœna narrationem feligant, & per eam panem & vinum consecrarent. Deinde quod tertiis institutiones narrationi consecrationem debet opinetur, quale verba Iesu Christi solenniter hoc est certus invenimus non solum in

XV. Sed in priori cap. quæsiuit cacoethes potius ansam calumnia, quam solide quicquam disputationis. Nam illud quid est, *In primis observandum defortores Ecclesiæ tam impotenti odio in illam exarisse*, ut omnes autem parirent ab Evangelio descripsam institutionem repudiare, & ei suū poserent quidam aliud. Mitto defortores Ecclesiæ, mitto impotens odium in Ecclesiā, qui canini latratus sunt, non villes accusatiothes sani hominis: illud vero, repudiass̄ descripciones Euangelistarum; non iam canis sum est, sed diabolus sum: substituisse quiduis aliud, non tam in nos contumeliosum, quam in Paulum blasphemum. Enimvero quis pudor est, quia Paulum legamus, ideo nobis Euangelistas repudiari? Aut quid si nos dicamus quia apud Papistas Euangeliste legitur, ideo Paulum repudiari? Imo verius, quia neque Euangeliste legitur neque Paulus, Ergo & Euangelistas, & Paulum reici? Toletne Papistē a modestia aut etiam Sanctissimum furo?

XVI. Habet tamen pro argumento in Ecclesia contra factum; ut ex Evangelistis potius recitatio esset, Constat, inquit, etiam à Iustino Martyre ad nos usque verba adhibita ad consecrationem Eucharistie nominatis à Scr. prioribus repetientibus Euangelistis. Et non ex Paulo. Ambrosius id aperte indicat. Nam recitans Missam canonem ait omnia illa verba Euangelista sunt, usque a 4. Accipit enim corpus sive sanguinem: inde verba sunt Christi. Accipite, bibite ex eo omnes. Certe ex quarta Catechesi Cyrilli Hierosolymitani apparet, quod cum Catechumeni sententia baptizati insituebantur de Eucharistia, textus Apostoli de Coenassu proponeretur, quasi de lectione publica exponendas, Et quasi esset religio ipsam Euangelium sicut verba in vulgus dederat, ac non potius pro mysterio colore. Et ad ipsa referuntur.

XIV. Imo falsum supponit Sanctus Ius. Nulla enim recitatio fuit unaquam institutionis sumpta ad verbum ex illo Euangelista, sed ex tribus, at-

que ex Paulo concinata, additis etiam nonnullis, quae visa non extra rem
Experimenta hæc sunt. Liturgia Petri." Os ποδὶ μιᾶς ἡμέρας τὸ πάθεις αὐτῷ
λαβαῖν ἄρρενος τῆς αἵγιος καὶ ἀχρήστης καθηγεῖσθαι, εἰς τὸν ὄφελον τοῦ εἰς τὸν
πόνον σὲ τὸν θύλακον πατέσσει αὐτῷ τὸ παντοδιάμερον, τοῦ διαχεισσοῦσί λαζαρού
στοῦ, ἐκλασσεῖσθαι τοῖς κρεψτηῖς αὐτῷ λέγων, λαζαρε, Φάγετε τόπον εἰς τὸν πόνον
καὶ τὸν πόνον ὑμῶν κλαυθμον. Ομοίως καὶ πάλιν μὲν τὸ δεκαποντά λαβάντα τὸ πόνον
εἰον, καὶ διαχεισσούσας διλόγουσιν, ἔδωκε τοῖς αἵγιοις αὐτῷ μαρτυρίας, λέγων πάτε
ις αὐτῷ πάντες τόπον εἰς τὸ αἴρεσθαι ποιῆτε, τὸν τῇ ἑταῖρᾳ μεντηὶ ποιεῖτε.
Qui pridie eius diei qua passus est, accipiens panem in sanctas & immacula-
tas manus suas, oculo, que in cælum levans ad te Deum & Patrem suum omnipo-
tentem, tibi gratias agens, bene licet, fregit, dedit discipulo suis oīc. n. Accipi-
te, comedite. Hoc est corpus meum, quod a pro vobis frangitur. Similiter rursum post
quam cœnatum erat, accipiens calicem & gratias agens benedixit, dedit san-
ctis suis discipulis, dicens, Bibite ex eo omnes: Hic est sanguis meus. Hac quo-
tiescunque feceritis, in mei memoriam facite. Variant in nonnullis aliis Li-
turgiæ, Marci, Iacobi, Basilii Chrysostomi. Denique Canon Romanus
sic habet, Qui pridie quam pateteret accepit panem in sanctas ac venerabiles
manus suas: Elevaris oculis in cæl. m. ad te Deum Patrem suum omnipoten-
tem, tibi gratias agens benedixit, fregit: dedique dicitur scilicet suis, dicens, Accipi-
& manducate ex hoc omnes: Hoc est enim corpus meum. Simili modo possumus
cœnatum est accipiens & hunc præclarum calicem in sanctas ac venerabiles ma-
nus suas: item tibi gratias agens benedixit, deditque discipulis suis, dicens, Accipi-
te & bibite ex eo omnes: Hoc est enim calix sanguinis mei, noui & eterni Testa-
menti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem pec-
cariorum. Hac quoiescunque feceritis in mei memoriam faciet.

XVIII. Iubeo Papistas aduertere; primo, nullas liturgias iisdem profus verbis hanc institutionem primam recitare: sed omnes variate. Habet illa Petri, Qui pridie eius diei qua passus est: & Canon Romanus, Qui pridie quam pateretur. At Marcus, τῇ νυκτὶ ἡ παρεδόθει εἰς τὸν ὕπερτον οὐρανόν, εἴ τοι τὸν τελείων οὐτισμὸν τιμωρεῖται. Quia nocte tradebat seipsum pro pecatis nostris. Et mortem pro omnibus subibat carne. Basilius, τῇ νυκτὶ ἡ παρεδόθει εἰς τὸν τελείων οὐρανόν ζώεις. Quia nocte seipsum tradidit pro mundi vita. Chrysostomus, τῇ νυκτὶ ἡ παρεδόθει μηδέποτε ἐκ τούτου παρεδόθει τὸν θεόν ζώεις. Quia nocte tradidus est: émo potius ipse se tradidit pro mundi vita. At Iacobus omisit. Est autem particula sumpta à Paulo; apud quem legas, καὶ τῇ νυκτὶ ἡ παρεδόθει, qua nocte proditus est. Nam Euanglista Matthaeus & Marcus habent, Et eden ibus eis

XIX. Rursus; liturgia coniungunt διαχειρίσειν & διλογοῦν; quod nullus Euangelista fecit. Etenim Matthæus & Marcus habent διλογοῦν: Lucas & Paulus, διαχειρίσεις. A ceteris omnes dixerunt, tum Euangelistæ, tum Paulus: at Liturgia addiderunt, manus αγίους, δικεράστες, αμαρτιας, αἰνιδέτες. Omnes item Græci habent, Εἴ τοι μή εἶ τοῦ θεοῦ, τὸ τινὲς ἡμῶν κλάύθρον, Hoc meum est corpus, quod pro vobis frangitur: quod manifeste sum primum ex Paulo. Denique illud, Hoc quoque cuncte feceritis, in Latino Canone, in Liturgia Petri, & Iacobæ, & Basili, à nullo est Euangelista sed à Paulo, à quo etiam Marci Liturgia descripsit: Quosies cuncte enim manducabis panem hunc, Et calicem hunc bibatis, mortem meam annuntiate.

XX. Quorsum istuc ne manifesta res est; mentitum Sanctissimum, quoniam nisi ex Evangelistis recitatam institutionem ausus astiteret: cum neque eorum ullus propositus fuerit a quo solo describeretur; & tribus fuerit admissus Paulus. Quid ergo nos peccauimus? qui in iis omniibus religiosiores non sumus ausi ipsi scorsim narrationem tessellatam contexere: quia maluimus ab Spiritu Sancto contextam desumere?

XXI. Nec vero non frustra Iustini, Ambrosii, Cyrilli nominibus confidit; quorum nemo dixit solis Euangelistis locum fuisse, nullum Paulo. Iustinus, ei γράπτος λοιπός τοῖς Θυρεόροις ἔπειτα τῶν ἀπομνημονεύματος, ἡ καλέσθε διαγένεια, εἰς ταῦτα παρέδωκεν, εἰ τελέθει αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν. Nam Apolloni Comentariis à se scriptis, que Euangelia vocantur ita tradiderunt praecepisse sibi Isum. Vere: sed num quia Euangeliū fīe tradiderunt, Paulus non tradidit? Tum autem, si sic tradiderunt; num ab iis solis repetitam oportuit in Liturgiis in-

XII. Ambrosius scriptis, *Omnia illa verba Euangelista sunt, usque ad accipere.* Nec negare possumus ita legi. Sed & Sophista; ergone non Pauli? At qui res est contra. Lege ipsam Ambrosii narrationem, *Dicit Sacerdos: Fac nobis inquit, hanc oblationem ascriptam, rationabilem, acceptabilem, qua est figura corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi.* Qui pridie quam patetur, in sanctis manibus suis accepit panem, respectus ad cibum, ad te Sancte Pater omnipotens aeternae Deus, gratias agens, benedixit, friguit; fractumque Apostolis suis & discipulis suis tradidit, dicens, *Accipite, & edite ex hoc omnes: Hoc est enim corpus meum, quod pro multis confringetur.* Sic habet Ambrosius: quam tu recitationem, siue institutionem torius, siue ipsorum Christi verborum si doceas acceptam *κερατίζω* ex vilo Euangelista, tum tibi ego permittam non alios Ambrosio nominatos Euangelistas dicere, quam Matthæum, Marcum, & Lucam.

XXIII. In Cyrillo Alexandrino, deficiunt me verba, quibus audaciam exagitem Sanctesii. Textum Pauli solitum fuisse proponi quasi de lectione publica; religionem fuisse Evangelistarum verba in vulgus edere, & non pro mysteriis colere. Proh sidem! hæc apud Cyrilium esse: hæc ex Cyrillo erui? Dixerit Sanctesius; alias crebro mentiri solitus. Ne credito si quis non fuerit emota mentis. Tum autem quis nescit apud Veteres crebro legi in arcana habita verba illa, in quibus dicitur esse forma sacramenti? Sed quæ apud Evangelistas sunt potius, quam quæ apud Paulum, nemo ante Sanctesium somniarat; nemo post Sanctesium credidit. Nec vero tunc attinuerit ad Cyrilum, cui res erat eum baptizatis, non cum Catechumenis. Illis autem erant omnia natula.

XIV. Sanctus ergo disputauit impudenter. Nobis nihil adm.
dum remoti prætenditur, aut arcani. Credimus institutionem inferen-
dam celebrationi in quo habemus adstipulatores omnes Veteres, quo-
rum liturgia eam habent solennem obseruationem. Hoc posito selecta
est Pauli narratio. Causa; quia nec omnium poterat Euangelistarum reci-
tari: & à nobis nouam conferrumini, minus erat authenticum: magis
etiam expositum calumniis aduersariorum. Itaque ea selecta, quæ plen. og
vii. non

visa, non tantum rei ipsius narratione, sed etiam necessariis admonitionibus: cuiusmodi, sine controversia, Paulina est.

XXV. Nec sperauimus posse merito quenquam conqueri reliquas esse neglectas. Non enim inter se ita committendi sunt autores sacri, ut vnius honor alius deroget. Alioquin quid Veteribus erit venie, qui neque Evangelistatum narrationem usurparunt neque Pauli: & multa inseruerunt extrinsecus; quae fortasse non nocuissent, si non fuissent adiectas.

XXVI. Non potuit hæc simplicitas placere Sanctis. Itaque impugnauit mirificis argumentis. Apostolus nec Cœnæ rem gestam proponit, tanquam pro legitima consecrationis formula, nec totam historiam institutionis probat, aut affirmat esse sanctificandi panis veram & perfectam rationem: neque de oī inter Cōmibos lis erat: sed de rei natura, & Eucharistiae veritate atque substantia, quam ut definit ex Dei mente, ad institutionem provocat. Neque Apostolus insistit ullo pacto in Institutionis prolatione, aut omissione, neque in consecratione panis, aut consecrationis sermone: quia id non erat possum in controvèrsia: sed virget de panis consecrati esu & diuidicatione, vt intelligatur quid ex institutione intendere decidere & compонere. Præterea in sacramentorum confectione non ipsa institutionis narratio forma est consecrationis, sed hæc ex verbis in ipsa institutione traditis, & ad hoc præscriptis peti debet. Etenim aliud est verbum institutionis Baptismi, aliud rebus quo accedente ad aquam, celebratur Baptismus. Ad Baptismum ministrandum, non ite depromuntur institutionis verbū: Euntes in mundum uniuersum docete omnes gentes: aut, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei: sed apta forma iuxta reglam huius institutionis exhibeti debet. Eodem pacto statuerit op̄erter de legi tima Eucharistiae consecratio, vt ipsa verbis ab institutione traditis perficiatur, sed non ipsamer in stitione. Sit ita, vt Apostolica narratione oculis etiam cernatur legitimus Cœnæ vobis, qui sub Apostolis viguerit: an propterea licebit scriptum eius Euangelistarum monumentis anteposse? An satis est Cœnam ad Apostolos, an non potius ad ipsum Christum eius autorem referre? Sufficiat sane ad efformandam religionem, videre qualiter Cœnam Domini Apostoli agitant: si ramenaret & ipsum Christum sua verba resonantem, & Cœnam suam iostuentem, quasi in præsentia spectare, & oculatos testes eius Euangelistas audire, an non ad credendum plenus afficit, & ad persuadendum aliquem aculeum relinquit? Cur ergo hoc omisso ad aliud recurret?

XXVII. Descripsi prolixiorē orationē, quam solidiōrem disputationē. In qua triplex argumentum expedit: unum à scopo Apostoli: alterum à differentia consecrationis, & institutionis: tertium ab autoritate Apostoli. Prima hæc vis est. Non disputat Paulus de legitimā consecrationis formula: sed de veritate ac substantia Eucharistie; deque panis consecrati esu & diiudicatione: Ergo ea Pauli narratio non est legitima consecrationis formula. Sed hæc negatur consequentia. Nam quia institutio Eucharistie, universam eūt naturam, substantiamque complebitur; eadem aut omnes, aut ferme omnes de Eucharistia questiones diiudicat. Itaque variis potest institutis deseruire. Enimvero contra Marianitas Tercullianus disputat de veritate corporis in Christo. Contra Gnosticos Irenæus Christum esse Dei veri Filium. Contra Aquarios Cyprianus, non esse aquam solam offerendam: & omnes tamen his utuntur verbis Institutionis: imo vero illis ipsis, quæ Sanctissimus admittit pertinere ad consecrationem, & quidem sola: nec tamen illa disputatio erat de legitima consecrationis formula. Satin inde constat, non propterea non esse consecrationis verba, quia non disputetur de consecrationis formula?

XXVIII. Alterum argumentum. Non ipsam institutionis narratio nem, formam esse consecrationis: sed hanc peti à verbis in institutione traditis. Ridicule. Nam quid est forma consecrationis? Cui aliquando nominata? Nam Sacramenti formam dixerat haec omnes. Deinde quis dixerat ipsam narrationem institutionis formam esse? Enimvero ne ipsius quidem consecrationis narratio: aut etiam formæ. Et tamen neque consecratio, neque forma habetur nisi à narratione, sive Pauli, sive quam ille maulit Euangelistarum. Cæterum, sive consecratio, sive forma, Euangelistarum neque est, neque esse potest. Quid ergo nugatur Sanctus Iesus? cur monstra fugit, quibuscum pugnet? Ad hæc formam qui signorum distinguunt ab institutione, tamen institutionis partem sciunt eam formam. Itaque vel formæ causa necessariam esse institutionis recitationem. Denique qui institutionem negat esse consecrationem; peccat *in cœlesti ægredi*.

XXIX. Nec nos sane aliter de Baptismo censemus: in cuius consecratione nihil effici posse puramus ab homine quoquam; sed à solo Christo: Itaque quicunque Baptismum administrat, ei prouantiamus necessario proferendam esse institutionem repetitam ab ipso Christo: non enim alio posse. In distribuenda vero aqua, fatemur iis solis verbis locum esse, quibus exprimitur forma: quemadmodum & in distributione specierum Eucharistiae. Sed nimirum aliud est signa distribuere, aliud consecrare. Quod imperite Sancteis asserit.

XXX. In tertio argumento, quis f. ror. Euangelistis Paulum postponere? Quasi non æque Apostolum cum Mattheo & Ioannem? quasi non æque testem varius si Euangeli. Denique non hic serice testantem se accepisse à Domino, quod cadiisset? Iustianus in ea verba, Non ille quidem cum ceteris Apostolis tanti mystici institutioni affuerat: etiam tamen rationem diuinitus acceperat. Et eam Corinthis voce radiderat Thomas, Ego enim accepi à Dominis scilicet Ch isto qui se auctor huic dicitur, non ab aliquo puro homine: ad Galatas primo, Paulus Aposolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per teum Ch istum. Et hoc enim tamen, ab Apostoli nati, ut one formulam institutionis desumere, eum sub sistere in Apostolis, & non ad ipsum Christum auctorem ascendente? Et qui ex Paulo audiat; non ipsum Christum audiat sua verba sonantem? Hoc Sanctus, hoc Christianus quisquam potuit inducere in animum? Nugentur, inepti, somnient, blasphemant, quantum volent, sive Sancti filii, sive Papistæ; at nos profecto quoties locum illum legimus ex prioris ad Corinthios vndeclimo, toties Christum ipsum præsentem videmur videre; nec Apostolum cogitamus; sed ipsum illum Filium Dei, qui postmodum eius institutionis peccadit pro nobis. Et negamus plus aculei esse ad fidem facien-

dam; non tantum in Marco, & Luca; sed vel in *actis apostolorum*, Matthæo & Iohanne.

C A P. VI.

De Verbis Consecrationis, argumenta Papistica.

I. **V**erum solemnius disputatur alterum caput, & à pluribus Papistis, nam illud prius peculiariis foro fuit Sancte si. Inclinanit ergo plerique omnes Papistæ, ut præsentim Iesuitæ in eorum partes, qui hæc duntaxat verba dixerunt esse consecratoria; *H*ec est corpus meum: *hic est sanguis meus.* Vasques. *Catholica sententia est verbis illis, absque ulila alia oratione, perfici consecrati nem pants & vini.* Argumenta excusimur.

11. Primum estab Ecclesia Latina traditione. Nam in ipso Missa sacrificio, simul atque Sacerdotis praedicta verba protulit, panem & viasum consecratum, tanquam verum corpus & sanguinem Christi populo adorandum proponit. Quid sit similiter in Ecclesia Graeca, teste Bellarione, in libello de Verbis Consecratoris.

V. Hi omnes, post disertē prōnuntia illa verba, quæ sola libuit Papistis vrgere, precantur Deum, vt benedicat, vt consecrēt proposita mūnera: eaq̄e faciat corpus & sanguinem. Quorūm, si iam coacta r̄s fuerit? Nos quidem nihil intereste putamus, siue ante hiant pieces, siue post sed profecto non putamus potuisse post consecrationē factam, quenquam bonā mentis adhuc precari vt fieret: neque id vñquam commissuros Papistas; et si non prudentiores veterib⁹ illis. Nos igitur censēmus, qui ab initio conſecrērunt Canonem Latinum ne ipsos quidēm superstitionē attendisse ordinē: non enim desierunt postea precari: Iube hac perferrī per manus Sancti Angeli tui in sublime altare tuum in confectu diuine maiestatis tuae: quod est absurdissimum de ipso corpore & sanguine Christi: sed facile conciūimus posteriores iām dementatos scholastis rugis noua quadam sibi subtilitate vidisse opus esse. Viderint ii quorum interest. Apud nos, neque privata consuetudo canon est fidei: neque nouus error praescibere potest veritati.

VII. Secundum argumentum; exemplum Christi; qui non consecravit illa prece aut oratione, sed illis solis verbis: tamen si gratiarum actionem, & benedictionem præmisserit. Quo igitur fundamento, inquit Vasques, dici potest non solis verbis illis, sed addita etiam oratione consecrare debet, cum nomine Christi, & ad illius imitationem consecremus atque ille? Sic Vasques breuitet: sed fusius explicant Bellarminus & Soares.

VII. Nos negamus antecedens: & dicimus Christum: & illa actione consecrasse; hoc est, ecclesie panem & vinum sacramenta sui corporis & sanguinis. Atque adeo Suaves ostendit inter ipsos Papistas esse varias sententias de gratiarum actione, benedictione, & consecratione. Primam; idem esse benedictionem, gratiarum actionem, & consecrationem: autores Thomam, Durandum, Marsilium, Gabrielem Besilarionem, Hugonem, Remigium, Brunnum, Lyranum. Secundam; Gratiarum actionem & benedictionem.

nem, non distingui inter se, sed à consecratione. In ea Bonaventuram esse, & Soto, & Armacanum, & Bedam, Glossam ordinariam, Caietaum, Titelmannum, Iansenium. Tertiam, benedictionem & consecrationem eandem esse: sed distinguere gratiarum actionem à consecratione, ita sentiente Alano. Quartam hibi valde probabilem; benedictio unam, gratiarum actionem, consecrationem omnes distinguere. Vbinotandum, primum, non esse argumentum certum apud omnes Papistas: immo quattuor dicunt tantum probabilem. Secundo, plures multos autores nominari primae sententiae; quam reliquorum, non tantum singularum, sed etiam omnia: nec plures tantum, sed etiam antiquiores, & celebriores.

VIII. Et vero consideremus argumenta. Benedictionem distinguere à consecratione probare, primo, ex Concilii Tridentini his verbis Sessionis 23. cap. 1. Redemptorem nostrum hoc Sacramentum in Cœna instituisse, cum post panis vinique benedictionem, se suum corpus illa præbere, ac suum sanguinem, distinxit ac perspicuis verbis, testatus est: unde concludit Christum verba consecrationis protulisse post benedictionem. Secundo, ex canone Missæ & omnibus Liturgiis, in quibus ante consecrationem semper benedictio aliqua præmititur, veluti præparatio ad consecrationem. Tertio, id consecrancum esse narrationi Euangelistarum, & propria significationi illius verbi, facillimeque, ac sine vila figura explicare contextum: nullumque habere incommodum. Denique verisimile esse, Dominum, ante operationem tanti mysterii, præparasse animos discipulorum, præmissa aliqua oratione, & inuocatione.

IX. Sed, primum, & secundum argumentum maniferte petunt principium: quam supponant sola illa verba esse consecrationem. Nam alioquin concedimus benedictionem & gratiarum actionem præcessisse illa verba: quod restatur, tum Euangelista ac Paulus, tum omnes Liturgiæ. Verum, si tota actio fuit consecratio: totius autem actionis haec partes fuerunt: Ergo falsum est haec partes præcessisse consecratioam; sed verum inchoasit: que nostra sententia est.

X. Etsi autem in Concilio Tridentino non sit multum momenti, tamen ex eo nihil tale colligitur: atque adeo De-Capite-Fontium, ex eiusdem verbis iisdem, tanquam proprio fundamento, disputat, consecrationem à Christo peractam ante prolationem formalium verborum. Locum rectio. Hic nunc dispicio quid ex his sequatur verbis, nempe illis Tridentinis, Primo, video sequi Christum benedictione consecrassse. Nique enim sequetur post consecrationem esse verum Christi corpus, ex eo quod post benedictionem Christus testatus est se suum corpus præbere, nisi per benedictionem facta fuisse consecratio. Sic ille, & plura alia in Epistola ad Sixtum quintum: item postea capite tertio. Vide quantum homo distet ab homine: ab Archiepiscopo Iesu.

XI. In tertio arguento nihil percipi: nisi idem peccatum peccetur, ut consecratio significet tantum illa verba. Nam alioquin nihil evincitur: nisi disserim esse inter benedictionem & illa verba. Sed nos longe alius querimus, nimirum, utrum haec sola verba sint consecrativa quod neque narratio Euangelistarum docet, neque propria significatio verbi: ut propterea necesse sit viliam figuram induci.

XII. In quarto nihil est certi; sed tantum verisimile quid: cuius solet mensura esse cuiusque imaginatio, prout oculata est. Itaque potuit negligi: sed tamen negamus necessariam fuisse vlam præparationem animorum ante consecratioam; sed duntaxat ante distributionem, sive sumptionem sanguorum: id autem fieri tota consecratio; ac proinde etiam gratiarum actione, benedictione.

XIII. Rursum probat Suares; probabilius videri gratiarum actionem fuisse distinctam à consecratioe. Primo, auctoritate Anselmi in Mat. hæc 16. & 1. ad Corinth. 10. dicentis aperi gratiarum actionem præmissam fuisse ante consecrationem. Item Theophylacti & Euthymii in Matthæum: Iustini Apologia secunda, qui diserte Christum ait acti; gratias dixisse, accipite, comedite, hoc est corpus meum. Chrysostomi homil. 8. in Matthæum; & 28. in 1. ad Corinthios. Secundo, ratione. Nam gratiarum actio proprie referatur ad Deum, consecratio vero ad panem: sunt ergo actiones distinctæ.

XIV. Sed Parrum illa nomenclatura frustra est, imo fictitia. Nemo est enim, qui consecrationem illis locis vel nominaret, nēdum dixerit ei præmissam gratiarum actionem. Anselmi in Matthæus nihil est, quod huc pertineat. In priorem ad Corinthios hoc tantum, Gratias egit Patri de reparatione hominum futura per passionem eius, ac per Sacramentum corporis, & sanguinis eius. Theophylacti hæc: διαχειρίσθη τὸ πινδαῖον τὸ ἄρτον, Gratias agit fracturam panem. Euthymius. Egit gratias, & nunc ante panem, & postmodum ante poculum. Quid hæc ad disparationem consecratiois & benedictionis? Imo quid erat necesse, aut ex iis aut ex Iustino docere, quod multo certius liquet ex Euangeliis & Paulo, nimirum gratias actas ante panem distributum: Nam profecto Euangelista actas non tantum statim initio actionis. In Chrysostomo ad Corinthios quid legi: Santes, ipse viderit. In Matthæum hoc legi duntaxat, Εὐλόγησε διδάσκων μας ὁ θεός τὸ μυστήριον ἀπόφθειαν, Gratias egit, ut nos inserviet quomodo mystrium hoc facere debamus. Quid me oportet laborare? Nam ipsa verbo unum lectio, m. hi est: γένεναι δούλειος.

XV. Nec ratio potentior. Actio gratiarum proprie refertur ad Deum. Factor, inquam; sed nihil ad panem pertinet: Vnde ergo Iustino, μελελα-
κῆ δὲ διαχειρίσθηται, καὶ οὐτε, καὶ οὐδετοῦ: Et iterum, τὸ δὲ δικτύον λό-
γον διαχειρίσθηται, οὐδεποτέ: Et apud Irenæum, cap. 13. l. bri. 4. Eum panem in quo
gratia acta sunt, corpus esse Domini iusti, & calicem sanguinis eius: Nisi forte ve-
nenum lateat in eo quod propter referri dixit. Sed nemiam id mouere debet: cum non grammaticæ queramus eius verbi significacionem: sed tan-
tum quo sit sensu usurpatum in hac institutione. Nee enim dubito, quin insolens apud Grammaticos phrasit Iustini, οὐτε διαχειρίσθαι: sed ille Theophilus maluit.

XVI. Tertius Suari labor, Benedictionem panis, & gratiarum actionem, secundum proprias rationes & significations, distinctas fuisse, quamvis simili, & fere una & eadem actione perfectas. Probat eodem rursum argumento, quia gratiarum actio referatur ad Deum, benedictio ad panem.

XVII. Nobis superfluous est disputandi labor hac de re aduersus Pa-
pistas agentibus: quia perinde est, affirmes an neges diuersas esse, dum

ne separare à consecratioe: quæ cum non consistat in momento, debuerit habere partes distinctas; potuit etiam habere diuersas: puta primum gratiarum actionem ad Deum; deinde benedictionem signorum, denique clausulam indicantem quid ea tota actione effectum sit. Po-
test etiam fieri, ut benedictionem solam, cum ea clausula. Itaque Suari possumus suum otium permettere securi quacunque in partem hæc res cadas.

XVIII. Veruntamen nos quidem aprius censemus gratiarum actionem; & benedictionem pro eodem sumi, id est non differre in hac institutione v. ba. Græca διάλογον δικαιοσύνην: vt Beza diserte notauit in Matthæum, Hæc duo pro eodem usurpan tur, scilicet hoc loco accipere necesse est: n. si ve-
limes non pro lum sed panem duntaxat fuisse conscratum. Nec Calvinus omis-
serat, Marcus, inquit, & Matthæus benedicendi verbo utuntur: sed cum eius loco
legatur apud Lucam verbum δικαιοσύνης, in sensu nulla est ambiguitas. Monue-
rat & Bucetus in Matthæum.

XIX. Sed habemus etiam Papistas συμβολούς, vt vim videas verita-
tis: eosque ne paucos; nec nullius nominis: iisdem armatos argumentatis,
quibus & nos vti necessis est. Itaque recitabo confidentior. in disputatio-
nis compendium. Maldonatus 26 Matthæi, De verbo quidem διάλογον, be-
nedicere, quo & Matthæus hoc loquitur, & Marcus de pane loquens usus est, non du-
biu[m] qu[n]d[am] apud Euangelistas, idem sit quod δικαιοσύνη, quod proprie significat
gratia age: Nam quod hoc loco Matthæus & Marcus dicunt διάλογον, post
calice loquentes diuinum δικαιοσύνη, cum gratias egisset: & quod Matthæus &
Marcus loquentes de pane, dicunt διάλογον, Lucas & D. Paulus dicit δικαιο-
sionis: & quod Matthæus de se temporebus & duobus p[ro]fibus scribens, dicit δι-
καιοσύνη; Marcus de panibus dicit δικαιοσύνη, de p[ro]fibus διάλογο[ns]. &
quod Matthæus, & Marcus & Lucas de quinque panibus dicunt διάλογο[ns], Ioan-
nes dicit δικαιosynia: & D. Paulus idem vocat διάλογο[ns] & δικαιosynia. Si in-
quit, benedixens spiritus τὸ διάλογον πνεύμα, qui supplet locum idiota. quo-
modo lo dicit Amen super tuam benedictionem, in tuon δικαιosynia? Stapletonus
Antiochensis: o huius loci, Scindendum est haec duo verba, benedicere & gratias agere
in Scriptis Euangelicis promiscue, & unum proclero quasi in iste enter acci-
pi: quod non solum ex verbis huius mysterii iam citatis patet, sed ex una senten-
tia Pauli priori ad Corinthios decimo quarto. Salmero tom. 9. t. acta. 12. Et
beneditxit. Græce autem legitur, δικαιοσύνη, id est, cum gratias egisset: quo ver-
bo Lucas & Paulus utuntur. Marcus vir & Lucas in fine Evangelii: cum de be-
nedictione panis loquuntur, alio verbo utuntur, nem[er] διάλογο[ns], quod est cum
benedixisse: atque ita haec duo verba unum & idem valent. Quod de iam aliis ra-
tione ostenditur; quia cum alibi apud Matthæum Dominus dicitur benedixisse
quinque panibus & duobus p[ro]fibus; Ioannes tamen u[er]o, & cu[m] gratias egis-
set, distribuit discubentibus; vbi Cyrillus admo[n]et, i[m] em effe benedicere, quod
gratias agere Item in priori ad Corinthios dicitur calice benedictionis, cu[m] benedi-
citus, id est, cu[m] benedicendo Sacerdotes consecrant in altari, vi ex ontis B. Rem
ibidem. Et tamen idem Paulus cum dixit de panis, Accepit panem & gratias a
gens frigit, confessum suu[m] iungit, similius erit & calicem postquam conassit. scilicet
gratias egit: nam id significat verbum illud, similitur. Sun ergo illa auctoritas, be-
nedicendi & gratias agendi, unum. Unde & Ecclesia Latina pro eiusdem auctoribus
h[ab]et res, illas simul constiuit.

X. Non dissimiliter Iansenius & Franciscus Lucas. Tantum iste com-
parato vtroque, concludit præualere διάλογο[ns]: Tantum abest, inquit, vt
διάλογο[ns] benedicere accipendum sit pro δικαιοσύνη, & vertendum gratias agere:
vt potius contra δικαιοσύνη, gratias agere & accipendum sit pro διάλογο[ns]. Ben-
dicere. In quo rugator est. Nam τὸ διάλογο[ns] benedicere, ad virumque est
communis; vt patet ex v[er]o Septuaginta Interpretum, qui Heb. x. m. 172
sic reddiderunt ferme v[er]bique; id est, non rautum quin signat alicui bene-
dicere effectu, vt cum Deus benedixit creaturis, Genesios 1. & 2. vi. 24.
scruus Abrahami, Adorauit, inquit, Dominum, benedicens Donino Deo Do-
mini mei Abrahā, qui perduxit me recto iri[te]re. P[ro]f. 16. Benedicat Deum,
qui trahit mihi intellectum: Et 102. Benedic anima mea Domino, & noli obli-
si omnes retributions eius. Et alias sape.

XI. Itaque nihil erat quo tantopere indignarentur Sophistæ; cum
Calvinus Matthæus διάλογο[ns] veriti, gratias agens: Nam Tielmannus vehe-
mens Papista idem ausus, Tenens manibus primum benedixit, id est, gratias egit
Patri eti[am] utrum pro illo quem tenebat manibus pane corporali, maxime vero pro
ī[st]a legalium confirmatione.

XII. Redeo ad arguenda Papistarum. Et esto hoc tertium. Sinon
sicut consecratio simul atque illa prolatæ sunt, sed postea per orationem
Sacerdotis: non posset ex veritate eorum verborum colligi conuersio panis
& vini, in corpus & sanguinem, neque ipsa verba in ore Sacerdotis vera esse.
Nam qua ratione vere dicere posset Sacerdos in nomine Christi. Hoc est
corpus meum, si adhuc finita prolatione maneret panis?

XIII. De mutatione, sive substantia panis nihil nunc dicam; eum
sit propriæ loci disputatio. Esto nunc ea quæcumque esse debet; nam ne nos
quidem aliquam fieri negamus: sed qualis sit disputamus. De arguendo
hæc nostra sententia est: etiam preces pertinent ad consecrationem: nec in-
teresse virum coe[re] p[ro]stante, at post recitata illa verba: dum autem commu-
nicationem: quanquam nos solemus concipere ante omnia Institutionis re-
citationem. Quomodo concidit vis argumenti, oppugnantis duntaxat eos
qui preces concipiunt post ea verba solennia. Veruntamen in Græcis Litur-
giis contrafit. Itaque negamus consequiam. Etenim, si vera sint ea ver-
ba; ergo ex iis colligitur effectum consecratiois. Esse autem vera, quis ne-
gavit? nos quidem minime?

XIV. At non sunt vera, inquit, si nondum est facta conuersio. Ne-
gatur, inquam: quia vera sunt enuntiationes, quæ aliquid, quod ex in-
stituto sit, significant; etiam si paulo post futurum, sed certo. Exempli grā-
tia: Ioannis 17. Hæc est vita eterna, vt te cognoscant esse illum solum verum
Deum, & quem misericordia Iesum Christum. Vides cognitionem illam di-
ci non futuram, sed ecce (aūt d[icit] ēt[er]na) vitam eternam? Et tamen reapse non
est, sed tantum ratio acquirendi vitam: nec quisquam meativum arguit
Christum. Deoique facilis fensus, Hic panis sic consecratus, sic sumptus
est corpus meum. Quemadmodum Circuncisio est φρεστις duximus
nimicum quia ita institutum, vt quicunque circuncideretur legitimi-

me, is certus esset suæ iustitiae. Non enim necesse est, hæc verba, *Hoc est corpus meum*, id designare, quod tunc præcise efficiatur; sed universaliiter denotare quæ sit efficacia institutionis, quoties legitime usurpatitur. Itaque Terullianus dixit quarti contra Marcionem 40. *Accip utrum panem. Et distributum suis discipulis, copius suum illum fecit; hoc est corpus meum ad cendo.*

XXV. Hoc modo nihil est absurdum. Et præterea notum est tempus praesens ius etiam competere quæ sunt in fieri, ut vulgus loquitur; atque adeo ēm̄ Eūḡis lēn̄t̄r̄ū c̄x̄p̄t̄. Sic enim Christus dixit; apud Matthæum, *Hoc est sanguis meus, qui pro multis effunditur; ut sc̄i m̄d̄m̄ c̄x̄w̄i p̄p̄o*. Et apud Lucam, *Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Nimirum quia in eo erat ut corpus iamiam traduceret; sanguis effundenderetur, et si actu vere nondum fieret; quod vidit Latinus Interpres versetis, *Qui pro vobis effundetur: a quo non discessit Canon Romanus: & soler intelligi de cruce. Gorranus, Effundetur, id est, extra sumdetur, Patre ordinante, Filio volente, spiritu Sancto donante, Iuda procurante, Iudas procurante, Pilato iudicante, Gentile insequente.**

XXVI. Quartum argumentum apud Bellarminum. Eadem ratio est Baptismi & Eucharistia. At in Baptismo id quod Sacramentum facit non sunt humanæ preces, sed illa Domini verba, *Baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*; quæ dicuntur dum infunditur aqua: adeo ut si quis iis verbis baptizetur, absque ullis precibus, censeatur recte baptizatus: Ergo & in Eucharistia, id quod Sacramentum facit, non sunt preces humanae: sed verbum Domini, *Hoc est corpus meum*: aliquid unum Sacramentum conficeretur verbo Domini; aliud autem verbis hominum.

XXVII. Respondeo; omnium Sacramentorum, eandem esse rationem, quatenus Sacra menta sunt. Sed argumenti vim infirmari tam ab ipsis Papistis: qui in magno illo Sacramentorum numero, habent nonnulla in quibus nullum est verbum Domini. In confirmatione formam dicunt, *Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, & Fili, & Spiritus Sancti.* Quae neque sunt, neque esse potuerunt verba Christi; qui crucis signo nunquam usus. Item forma Vocationis extrema: *Per istam sanctam Unionem, & suam piissimam misericordiam indulget tibi Deus quicquid deliquisti per ovisum.* Quae nulla verba sunt Christi operantis, sed hominis deprecantis. Similiter matrimonii formam dicunt, consensum matrimonii patrum, sive verba eum coensem experimentia, que nec sunt, nec esse possunt Christi. Et qui tot Sacramentorum confidenciam vim non denegant veribus huiusmodi, qua actua nunc religione terrenatur, ut de solis duabus longe statuant alterius.

XXVIII. Deinde in Baptismo, verba, *Baptizo te*, non sunt verba Christi, quomodo in Eucaristia illa sunt, de quibus disputatur: Nam haec verba sunt Christi; non tantum quia Christus iussit ea vespriari: sed etiam quia dicuntur in persona Christi, & relativae, ac per ~~consecrationem~~ nomina, figuram theologicam. Quod ipsi Papistæ vident vehementer. Sed illa verba Christi sunt tantum quia iussit vespriari; nam cæterum sunt verba hominum administrantium Baptisma. Certe non illa sola *in nomine Patris, & Fili, & Spiritus Sancti*, consecratoria sunt, imo neque formalia, sed tunc consecratoria, tunc formalia, cum præcessit illud, *Baptizo te*, quod non est Christi, verbum, sed hominis. Ad quam rationem si similitudo retinetur, non illa sola, *Hoc est corpus meum*, quæ certe Christi sunt, formalia esse debent, aut consecratoria; sed etiam ista altius repentina, Accipit, edite; quæ nunc sic erunt verba hominis, quomodo illa, Bapti-

XXIX. Et tamen non credimus olim vim consecrandi in iis fuisse veris solis: sed in precibus etiam praecunibus. Ambrosius de iis qui initiantur, cap. 3. *Aqua sine predicatione Dominica crucis, ad nullos usus futurae salutis est: cum vero salutis fuerit crucis mysterio consecrata, tunc ad usum si irituall lauacri, & salutaris poculi temperatur. Sicut ergo in illum sonorem Moyses misit lignum, hoc est. Propheta: ita & in hunc fontem sacerdos præcavitorum Dominica crucis mittit, & aqua fit dulcis ad gloriam. Concilium Nicenum in Diatypoli 3. cù nigris rō bænkis locatos, nigris cū nigris & bænkis pīpīs dīcōs iugis īmēnēs, mālīnōs & cīmēnōs & pīpīs nigris & deis nūtūs nūtūs vītūs vītūs. In fide baptizantēs, & fide baptizati, per sacram invocationem plena sanctifications Spiritus, & ignis diuini aquas intellige. Basilius cap. 27. de Spiritu Sancto: διλογίσθη τὸ οὐρανὸν & βαπτίζεται, Consecrantiis aquam Baptismatis, διὸ ποιῶ ισχύων; ex quibus scriptis? Cyprianus Ep. stola 70. Opereris mundari & sanctificari aquam prius à Sacerdote; ut possit Baptismatis suo peccata hominis qui baptizatur, ablueret. Apud eundem in Concilio Catthaginensi, cap. 18. Aqua Sacerdotis prece in Ecclesia sanctificata ab initio dilecta. Ambrosius primi de Spiritu Sancto cap. 7. Quid hoc typo arguit, nisi descensionem Spiritus Sancti nuntiabat, quia nostris fuisse temporibus aquas sae dotalibus invocatae precibus consecraret: Mille sunt lūies loci.*

XXX. Argumentum quintum: Sacramenti confessio debet esse certissima, sive à bono, sive à malo ministro. Ergo non debet pendere, bhumana prece, nisi constet de pacto absoluero & promissionē facta eiusmodi precibus à Deo. Nam sine eiusmodi pacto preces humanae non sunt necessario imperatotizae, præteritum si à malo ministro fiant. Non constat autem tale aliquid pactum factum esse à Deo de exaudienda oratione.

XXI. Atqui primum odiosi dicuntur pendere à prece consecratio, quæ fit per preces. Nam eis quæcumque Dei beneficia, per preces obti-
catur; tamen nulla dicuntur pendere à precibus: Exempli gratia, Iacobus
docevit preces seruaturas rōm. ad p̄teros: & tamen nemo est hominum, qui
dixerit sanitatem agitorum pendere à precibus cuiusquam. Et sane fie-
ret iniuria Deo: quasi nos posset aliter conferre sua beneficia. Quare amo-
ueat Bellarminus odiosum illud pendere, & concludat Ergo non fieri per
humanas preces. Nam sic nos doceamus: qui tamet nūquam admittamus
pendere ab iis precibus.

XXXII. In antecedente posset controversia esse: Nam confectionem debere esse certissimam, intelligi queat absolute de elementis ipsis; quasi ea per se & in se conficiantur Sacra menta: atque ideo sensus sit, quicquid postea sequatur; quicquid fiat, aut non fiat, tamen sit Sacramentum: exempli gratia, in Baptismo, sic consecratio aquæ sit certissima, ut siue laues aliqui sit, siue non laues, tamen Baptismus sit. Quia sensus est absurdissimus; in

Baptismo quidem ipsis consitentibus Papisis; in Eucharistia vero itidem nobis defendentibus: quia panis si non sibi sed nobis mysticus: non sibi sed nobis corpus Christi. Veruntamen, quia ea contraria sunt separatae cuiuscum debetur tempus, dicamus etiam illam debere esse consecrationem ceteris omnibus legitime positis: ut in Baptismo precibus consecraretur aqua, nimis rursum ea, qua quis sit abluidus est: & itidem panis in Eucharistia certissime consecratur; in eosvs quibus est ex institutione designatus, sive nobis, sive pxi& futurus corpus Christi, sive etiam cani. Nam haec est nobis horrenda, tamen Papisi delectu[m] luna: secundum tamen nobis dicitur.

bis horrenda, tamē Papillis delicta sunt; nondum rāmen nobis disputat. **X X X I I I.** S' ē igitur argumentum concipiendum: Sacramentū confectio debet esse certissima: Ergo non debet fieri per humanas preces. Respondeo, negari consequentiam. Nam & Baptismi consecrationem omnino certissimam esse dōportet; & iamen fieri per preces iam docuimus. Certum est sine p̄tia nō pacto, aut p̄missione nihil esse certi in precib⁹: tamē eti⁹ ali⁹ aduersarii non cōtent⁹, vt cum agitur de ea quād appellāunt Continentiam: cui nō aliter sese obstringunt spē p̄cūm ac ieiuniorū, ac si totidem verbis fibi p̄ om̄iam legereb⁹nt. Sed nos absit, vt temere nobis quicquam certi pollicēcamur de precibus nostriis nisi praecepto diuinio promissio. Itaque dicimus in hoc negotio prouisum esse fidei Christianæ certissimā Dei p̄missione; in ō etiam p̄cepto, *Accipite, come-āte; hoc ēt corpus meum: Accipite, bibite, hoc ēt sanguis meus. Hoc facite in mei commemorationem.* Hoc, inquit, quidam? Benedicte, sive gratias agite, & reliqu⁹. Et non erit hæc p̄missione? Non erit sufficiens causa certitudinis.

XXXIV. Legerat aliquid eiusmodi Bellar minūs apud Cab. filiam, ad-
dēcim exemplum extre^me Vnctionis, cuius forma sit in Sacerdotis pre-
cibus. Hot ille responsum sic oppugnat. Dissimiles esse hanc Vnctionem &
Eucharistiam: quandoquidem in illa habeatur promissio diuina: haec au-
tem sufficere, dummodo forma habeatur, siue à Scriptura, siue ab Ecclesia.
At qui præces Sacerdotis esse formam Eucharistie, non constare neque à
Scriptura, neque ab Ecclesia. Addit autoritatem Augustini ex capite vicesi-
mo quinto sexti libri de Baptismo contra Donatistas: Nam cum obiec-
sent quidam, præcibus haereticorum posse a quam sanctificari; & ideo
Baptismum ab haereticis datum non esse ratum: respondit iste Augustinum,
quicquid sit de precibus illis, quæ similium cum verbis Euangelicis in baptismo
dicuntur, d'rum adesse verbis Euangelicis, quibus iustum Baptismum dari:
& ideo si illa verba recte pronuntiantur, Baptismum ratum esse; etiam si pre-
cesserit adesse non solum ab haeretico dicitur, sed etiam fortasse haeretice
sunt: quia in istum promissio diuina alligata est verbis Euangelicis, non hu-
manis precibus.

X X X V. Sed formam non haberi Eucharistie ex Scriptura, falsum manifestatur: quia, ut diximus, differunt consecratio & forma, ut pars & totum. Itaque nihil obstat quod minus valeant preces huc forma praecentes quam in Uincione olim: diuis neque forma, neque preces e Scripturis habentur, ideoque nulla pars consecrationis.

XXXVI. Augustinus nō dixit, verbis illis Euangelicis alligata ē esse promissionem: sed negat, nō consecrari per male compositas preces, propter addita verba Euangelica, sine quibus non consecratur Sacramentum. Verba sunt, *Si nota sanctificatur aqua cum aliqua errore ut verba per imperitiam prelator effundit, multi non solam mali, sed etiam boni fratres in sua Ecclesia non sanctificant aquam.* Et post, *Plerunque preter vitium superat precanis affectus: Et quia tertia illa Euangelica verba, s.n. quibus non potest Baptismus consecrari, tantum valent, ut per illa sic evacuentur quaecunque in prece vitiis a contra regulam fidei dicuntur, quomadmodum demonium Christi nomine excluditur.* Iterum, *Deus adest verbis Euangelicis suis, sine quibus Baptismus Christi consecrari non potest, Et ipse sanctificat Sacramentum suum.* Hęc Augustinus; aperte quidem negans sine verbis Euangelicis Baptismum consecrati, quod & nos constanter tenemus: sed iis solis nunquam dicens consecrati: imo per preces etiam malas propter illa verba, quae nostra fides est.

XXXVII. Sextum argumentum. Sacerdos consecrat in persona Christi, sicut Christus per os Sacerdotis. At non loquitur Christus per os Sacerdotis nisi si hæc verba: Ergo non sit consecratio nisi per hæc verba.

X X X V I I I. Imo non tantum illa, *Hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus: sunt verba Domini; sed etiam illa, *Accidit iste eundem: accipite, bibite: Hoc facit in meam commemorationem.* Damascenus cap. 14. lib. 4. Deinde frangens panem dedit illis, dicens, *Accipite, comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangetur in remissionem peccatorum.* Similiter accipiens caecem ex vino et aqua, tradidit illis, dicens, *Bibite ex hoc omnes.* h c menu est sanguis Novi Testamenti, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum: hoc facit in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabis panem hunc, et calicem hunc libetis, moriens Filiu hominis annuntiatis, Et resurrectionem eius constitim nunc ventiatis: et rursum o λόγος οὗ ιησούς εἰσιν νοοῦτε: καὶ πάντας οὓς νοεῖτε εἰποντες, Si ergo verbum Dei viuens est, Et efficax. Et omnia quecumque volunt Dominus fecit; εἰ δωδεκάτη τὸ ἀριθμὸν εἰστε οὐ καὶ πιστοί: καὶ τοι αὐτοῖς καὶ τούς οὐκονές, nonne potest panem sui ipsius corporis facere, Et vinum aquamque sanguinem? Efficacia igitur verba sunt, non illa tantum pauca, quibus hærent Papistæ: sed plura, quæ nos retinemus.*

XXXIX. Deinde, per os Sacerdotis Deus benedicte, etiati cum invocatur per preces. Nam is ille est profecto qui efficit: non autem qui preceatur. Sic ad pcces Sacerdos Deus benedit aquam Baptismi. Ad Philippens. 1. *Vt hoc mihi cedat saluti per vestras pcces.* Ad Philemonem, *Spero me per pcces vestras donandum vobis.* Quis dubitet in extrema Vnde in Deum s' nasce agrotantem; Et tamen non male Iacobitis, *Oratio fidei seruabit insitum.* Quare? quia Deus seruabat insitum per pcces Presbyterorum: et si Presbyteri non prouantarent illa verba in persona Christi. In Baptismo nulla profecto verba proferuntur nisi in persona Pontificis. Etenim, *Ego te baptizo*, actionem eius significat; neque unquam à quoquam dictum, dixisse Christum, *Ego te baptizo.* Quare, cum similia sint Baptismus & Eucharistia, ut paulo ante Bellarminus ipse posuit, non est alienum à recte, Deum sic consecrare panem per os Sacerdotis, quomodo aquam, id est, per invocationem Sacerdotis. Quare non tantum quæreadum verum loquatur per os Sacerdotis, sed etiam verum exaudiat Sacerdotem: quod non attingit argumentum Bellarmianum. Et certe Canon Romanus precatur

LIBER SEXTVS, CAP. VII.

157

Deum, benedictam, ratam, rationabilem, receptabilemque facere digneris, v
nobis corpus, & sanguis fisi Filij tui. Quod ipsum Liturgiæ Græcæ faciunt
sed post illa solcana verba; vt ante notauiimus.

XL. *Septimum argumentum.* Si ea vera esset sententia, ergo simul fierent corpus & sanguis Domini. Quia videlicet vna oratione utraque species consecratur. At Dominus seorsim & diuersis verbis consecravit, primus corpus, deinde sanguinem.

XI. Respondeo, negari consequentiam. Et enim consecratio nulla est nisi ad eos sines, quos institutio circumscribit. Sic aqua Baptismi nemini est consecrata, nisi qui ea lauatur. Similiter ergo nemini panis est corpus, nisi comedenti: aut visum sanguis nisi bibenti. Itaque cum successione comedatur panis, & bibatur vinum; non potest simul utrumque fieri corpus & sanguis.

X LII. Denique ad Veteres configunt; ex quibus aliquot exceptum locos, qui omnes sigillatum sunt attendendi. Iustinus chorum ducat, quod Apologia 2. dixit panem fieri corpus Domini per preces verbi Dei. Quod autem preces statim exposuit, cum dicit haberi in Euatigeliis, & est illud verba, quæ Dominus dixit, *Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus.* Ireneus lib. 5. cap. 2. mixtum calicem & panem percipere verbum Dei, & tunisi fieri Eucharistiam. Gregorius Nyssenus oratione Catholica, c. 37. sicut corpus humanitatis Christi per diuini Verbi in ipso inhabitacionem ad diuinam dignationem transmutatum est; eodem modo nunc panem verbo sanctificatum in corpus Dei transmutari. Et hic similiter panis sicut dicit Apostolus, sanctificatur per verbum Dei, & orationem, non per cibum & potum procedens ad corpus verbi; sed à verbo, quemadmodum dictum est, transmutatus nempe, *Hoc est corpus meum.* Chrysostomus 2. homilia in 2. ad Corinthios, Quemadmodum verba qua loquutus est Christus, eadem sunt qua Sacerdotes nunc quoque pronuntiant; ita & oblatio eadem est. Eadem quoque Baptismi ratio est. Idem homilia de profitione Iude, Sacerdos in ore verba proferuntur, & Dei virtute consecrantur & gratia: *Hoc est, ait, corpus meum.* Hoc verbo proposita consecrantur: Et sicut illa vox, quæ dicit, *Crescite, & multiplicamini, & replete terram,* semel quidem dicta est, sed omni tempore sentitur effectum ad generationem operante natura: ita & vox illa semel quidem dicta est, sed per omnes mensas Ecclesia usque ad hodiernum diem, & usque ad eius aduentum, prestat sacrificio firmitatem. Damascenus cap. 14 quatti, Dixit Dominus, *Hoc est corpus meum,* & hoc facite in meam commemorationem: & omnipotenti eius praecopo efficitur, donec veniat.

XLIII. Ambrosius de Sacramentis lib. 4. cap. 5 *Cum venitur ut conficiatur venerabile Sacramentum, iam non suis sermonibus Sacerdos, sed visitu sermonibus Christi.* Capite quinto, quod est transcriptum in homiliam Augustini 28. de Verbis Domini, *Dixi vobis, quod ante verba Christi, quo offertur in altari, panis dicitur: ubi verba Christi deprompta fuerint, iam non panis dicuntur, sed corpus appellatur.* Tertullianus contra Marcionem libi. 4. cap. 40. disertis verbis ait, Christum acceptum panem corpus suum fecisse dicendo, *Hoc est corpus meum* Cyprianus lemone de Cana Domini, *Man duauerant & liberarant de eodem pane secundum formam visibilem: sed anima verba illa, cibis ille communis tantum nutriendo corpori commodus erat, & vita corporalis subsidium ministrabat.* Sed ex quo à Domino dictum est, *Hoc facite in meam commemorationem, hac est caro mea, & hic est sanguis meus: quod sit cuncte his verbis, & hoc fide actum est, panis iste substancialis, & enixa benedictione solenni sacraatus.* ad totius hominis vitam salutemque proficit, simile medicamentum & holocaustum ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates existens. Augustinus apud Gratianum de Consecratione distincta canone Vtrum, dicit eandem esse Eucharistiam à bono & malo consecratam, quia non merito precantis, sed verbo efficaciter Creatoris. Emissus semoue 5. de Paschata, *Invisibilis Sacerdos visibiles creaturas in substantia corporis & sanguinis sui Verbo suo secreta potestate conuerterit;* ita dicens, *Accipite, & edite, hoc est corpus meum:* & sanctificatione repetita, *Accipite & bibite, huc est sanguis meus.* Hesychius lib. 6. iu Leuiticum cap. 22. Per eius virtutem, & prolatum ab eo verbum, qua videntur, tam sanctificata sunt, quam cunctum carnis sensum excidunt.

XLIV. Nimum id quidem laboris est, in re tam facili. Quo enim iste deudent omnia? Vt intelligamus iis Christi verbis consecrati panem & vnum. Ast, ò hominum nugacissimi, cut id mauctis magno sudore euincere, & quasi vi violenta auferre à nobis, quod poteratis obtinet gratis. A' p'st' licebat esse beatis. Noluerunt: innata præsumptione; qua cum persuaissimum habent generosius esse mereti salutem, quam habere ex gratia; ne Deo quidem voluerunt debere paradisum. Enimvero nobis certus his ipsis Dominicis, siue Euangelicis verbis, Sacramentum confisi: qui manifeste docent hæc vetera testimonia. Sed iis solis confisi neque hæc testimonia docent; neque nos possumus concedere: Vtiusque veritatis causa manifesta, quia hæc ipsa verba partem efficiunt consecrationis: Non esset autem, nisi consecrarent: nec essent si sola consecrarent; qui essent tota consecratio.

XLV. *Quid igitur? Nempe vtraque pars antecedentis vera est; tum ve
bis Domini confeerationem fieri: tum hæc sola esse verba Domini; sed con
clusio est ridicula sophistica: Ergo his solis verbis consecrari: cuiusmo
jocus est in scholis: Tum esse bonum virum: & eundem esse musicum
Ergo Tum esse bonum musicum. Etenim quomodo hic bonus etsi ad c
undem pertineat Tum; ad quem etiam, musicus, tamen non pertinet a
musicum: sic nunc, sola, tamen etsi pertinet ad eadem verba; ad quæ con
feratio pertinet; tamen non pertinet ad confeerationem: itaq; sicut dicer
dum erat: Ergo aliquis musicus est vir bonus, ita nunc, Ergo quædam ver
quibus conferatio sit, sunt verba Christi: Verum Papistis, puto, non exp
dit tam ad viuum singula resicare.*

XLVI. Nec longe argumentum repetendum. Et enim bona pars te-
stium, Græcis sunt: at Græcis creditum, fieri consecrationem etiam per pro-
cessus: ut paulo ante testari aduerfarij. Et expressit Nyssenus illo eodem c. 7
Catecheseos, Sanctificatur per verbum Dei & orationem, ἀγιάσθηται λόγος
τοῦ, καὶ σπουδεῖς. Item Damascenus, ὁ τὸν αὐτοῖς ἀριθμὸν εἰρὼν τοῦ θύμου διὰ
πολιτείας τῆς ἡπειροῦ τοῦ πατέρος τοῦ Ιησοῦ Χριστοῦ μεταποιεῖται εἰς τὸν εἰ-
ρηνήν τοῦ αὐτοῦ, Panis iste propositionis, vinumque, & aqua per invocationem
& aduentum Spiritus Sancti supernaturaliter transmutantur in corpus & sa-
guinem Christi Irenæus, qui lib. 5. dixit, Panem percipere verbum Dei: lib.

Tom. IV.

cap. 34: dixerat, *Qui est à terra pánis percipiens in uocationem Dei; (sic restituente Feuerarditio) iam non communis pánis est, sed Eucharistia.*

X L V I I . Si non est mentitus, qui dixit Christum fecisse corpus suum, dicendo, *Hoc est carpus meum*: Tertullianus: Non qui, hoc verbo proposita consecrari: non qui ex eo esse corpus Christi: ex quo dictum est, *Hoc facite*. Non qui per eius virtutem, & prolatum ab eis verbum sanctificata esse quæ videntur. Non denique quicunq; his verbis consecratum dicunt. Nam quia præsente Ioanne, Iacobo, & Petro, transfiguratus fuit Dominus, Matthei 17. non mentitur qui præsente Petro dixerit: sed mentiretur, quicunq; illo solo præsente contenderet, reliquo excludens. Non mentietur qui dixerit Petrum hortatum Iudeos, dicentem; *Seruum in te ista natione prava*: Acto. 2. sed qui aliis verbis vsum negat, ab eodem Luca refutatur. Denique sunt memoriae Papistæ, se, aduersus Patres enumerantes canonicos eosdem, quos & nos respondisse, hos quidem assertuisse, alios non negasse: aduersus nominantes duo Sacramenta: non exclusisse plura: aduersus afferentes justificationem ex fide: non reieciisse bona opera. Et multa alia similiter. Profecto qui totum dicit, partem comprehendit: & qui partem ponit, non excludit totum.

XLVIII. Addo Papistas abuti nōriauis locis. Iustinius dixit, *τὸν δὲ τὸν
χριστὸν τὸν αὐτὸν τὸν θεόν*, Cibum in quo gratia acta sunt per
preces verbi quod ab eo, factum carnem. Vnde quid sibi speravit quisquam
Sophista? Certe *ἰψος* non potest significare illa solennia verba; in quibus nihil est prectionis. Nec vero Iustinus has contineri dixit in Euangelii. hoc
enim mentitus est Sophista. Ille dixit, *Incarnati illius Iesu carnem & sanguinem
esse, edocēsumus.* Nam Apostoli in Commentarius à se scriptus; qua Euangeliā
vocantur, ita tradiderunt præcepisse sibi Iesum: *Eum enim pâne accepto-
rum gratias egisset, dixisse.* Hoc facile in me recordari. Hoc est corpus meum.
Hæc vero series, quicquid tandem communiscantur Papistæ, non significat
postrema verba fuisse consecratio: minime vero omnium fuisse sola con-
secratio: sed indicat his verbis eruditos fuisse Apostolos consecratum pa-
nem esse corpus Christi. Cum enim dixisset, *τὸν ιακώπιον τὸν θεόν* esse
corpus Christi: vnde patet gratiarum actionem lumi pro consecratione
nunc additum Christum *ιακώπιον τὸν θεόν* postquam gratias egisset dixisse.
Hoc est corpus meum. Non consecratio: sed postquam gratias egisset: quae
vel consecratio est: vel certe pars coniecratiois.

X L I X. Cyprianus ille dixit, *Calix benedictione sacratiss*: *Quo quis non videt respectum fuisse ad iuxtagitas, quemadmodum apud Ireneum, ad iuxtagitas, per in quo gratia acta sunt*? Nec dissimiliter Emissanus: *per, Et sanctificatione repetita*; cum de sanguine agit, non potuit aliud habere in animo, *quam in iuxtagitas*: etenim verba dicta peculiariiter ad panis formam exprimentiam non fuere repetitam calice: sed vere benedictio fuit repetita; Nam apud Matthaeum habes λατέρα τον καὶ ιύλογον: Sumpto pane, postquam benedixisset, οὐδὲ λατέρα τὸ πόλησον, οὐδὲ εὐχαριστίου, accepto poculo atque actis gratias.

C A P Í T U L O VII

De Consecratione argumenta Catholica

I. **C**atholici Papisticis hæc opponunt argumenta: patiora, sed solidiora. Praimum, ex diserto Euangelistarum textu. Si tota consecratio esset in his verbis, *Hoc est corpus meum, hoc est sanguis meus*: Ergo ante eorum verborum prolationem Christus non consecrasset: At Christus consecravit ante eam prolationem: Ergo tota consecratio non consistit in iis verbis. Consequens est per se manifesta.

11. Assumptum probat̄ à verbis Euangelistarum. Qui dicunt, λαβεῖ
ινούς τὸ ἄρτον καὶ ἐυλόγησε ἔκλασε, καὶ ἐδίδε τοῖς μεθυτοῖς, καὶ ἐπέλαβετ. Φάγετ
Ἐτοῦτο εἰ τὸ σῶμα με τοὺς λαζανὰς τὸ ποτήριον, καὶ ἐνχαρισθῆσαι, ἀλλὰν αὐτοῖς, λαζαν
κίτει εἰς αὐτὸν τὸν τράπεζαν, τὴν γάρ εἰστι τὸ φρέσκον μαργαρίτην. Quæ sunt in editione vulgata redi-
ta perperam, Accipit Iesu panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait, Accipite, & comedite, hoc est corpus meum: & accipiens calice,
gratias egit, & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes: Hic est enim sanguis meus. Quæ versio vniuersum ordinem partium institutionis confundit
quasi eodem momento omnes fuerint peractæ: & simul acceptus panis, benedictus, traditus, cum hæc verba pronuntiantur: Cum tamen vis Graecorum vocabulorum eas sit, ut gradatim à primis processus fiat ad ultima:
Nenape prius accepto pane quam consecrato: prius consecrato quam tradito: pronuntiatissime iis verbis. Itaque Beza vertit, Quum accipisset panem: & benedixisset, fregit eum, deditque discipulis: & ait, Accipite, comedite, Hoc est corpus meum. Et accepto poculo: ac gratias actis, dedit eis, aitens, Bibite ex eo omnes: Hoc est enim sanguis meus.

III. Cui *versio* assentuntur quicunque græcè sciunt: & non segniter attendunt temporum in verbis efficaciam. Valla, annotationibus in priori ad Corinthios 11. Græcè est, & cum gratias egisset, ἐυχαριστῶς. Item Erasmus, id est, *actis gratias*, *velcum egisset gratias*. Maldonatus in Matthæum. Et benedixit: καὶ ἀληθῶς, cum benedixisset. Salmero tom. 9. tractat. 12. Et benedixit: Græcè autem legitur ἀληθῶς, id est, cum gratias egisset. Et postea Marcus & Lucas alio verbo vniuntur, nempe ἀληθῶς, quod est, cum benedixisset. Caïetanus in Paulum. Et gratias agens, pro & gratius actis fregit: ita quod prius gratiarum actiones egit, quam fregit panem in tot buccellas, quo erant Apostoli.

I V. Imò aliis haud paucis locis hanc temporum distinctionem non neglexit ipsa illa editio Latina, Matthæi 4. n*o* 17. *τίνεται ἡμέρα τοῦ ορθογώνιου πυργίου τοῦ αρχιγύρου, ὅπερ εἶπεν οὐτός.* Et quum ieiunasse (non ieiunans) quadragesima diebus, & quadraginta noctibus postea euris. Ioannis sexto, n*o* 19. *επειδὴ διδοὺς τὰ μαλάτια,* Et quum gratias egisset distribuit discubentibus. Actor. 27. n*o* 12. *λαός ἦξεται ιδεῖν,* & cum fregisset caput mandutare. Quamquam neglexit etiam frequentissime. Marci 7. π*νοὺς ἢ θάνατον,* Expuens retigit: Octauo, π*νοὺς εἰς τὸ ὄμηρον αἴθε,* εἰπεῖς τὰς καρκίνας αἵτινας εἰσερχομένος in oculos eius, impositus manibus suis interrogavit. Sed siue neglexit, siue minus, tamen illa est genuina interpretatio, qua distinguit tempora. Nam alioquin res est manifesta. Nam Marci 8. π*νοὺς ἢ θάνατον,*

πάλιν εἰς τὸ πλοῖον, ἀπῆλθεν εἰς τὸ πέργα. Ετοι dimittens eos, ascendit iterum na-
uim, et abiit transfretum. Hic clarum prius recessisse, tum ascendisse nauim;
denique abiisse transfretum. Sic apud exoticos: Georgium Gemistum Hel-
lenicon 2. οὐ μὲν λόγῳ αἴσιων περιελάνη τὰ τέχνα, τὰ δὲ περὶ συλήσις, καὶ τὸ ἄπι-
κεπτέμενος τε, καὶ ιωνικής μὲν τῶν φίλων εἰς τὸ σφι πέργα ἐπιτίθει βασιλείᾳ. Vrbium
nobilium dirutis muriis, sacris spoliatis, Apī immolata, & hilari celebrato con-
uinicum amicis, ad sua rediit palatia.

V. Suares lectio 2. calumniatur à nobis distingui hanc benedictionem, gratiarumq; actionem, à consecratione, vt dicamus nihil aliud fuisse, quam communem benedictionem, ad visualē cōnam & cibos communes: quo nihil potuit impudentius singi. Nam nos, vt dixi, non disparamus vt diversi p̄t̄s generis res: sed tantum distinguimus, vt totius partes diuersas. Totam igitur institutionem esse consecrationem, cuius initium à benedictione, sive gratiarum actione, finem in ea verba quæ formalia dicuntur. Vnde manifesta iniuria. Nam profecto nos confitemur institutionem esse non visualis Cœnæ, sed sacramentalis. Hoc enim sensu nobis cum aduersariis conueniebat olim Sacramentis necessariam esse institutionem. Cum ergo institutio sit nobis consecratio sacramentalis: & institutionis pars hæc benedictio: profecto hanc benedictionem oportet nobis esse consecrationem sacramentalem. Itaque Caluinus, Memoria tenendum est hanc gratiarum actionem spirituali mysterio esse coniunctam. Neque enim ut gratias Deo agere iubentur fideles, quia eos in hac caduca vita sustinet; Christus duntaxat ad promiscuum virtutum respectus, sed intentius fuit ad sacram actionem, ut pro aeterna humani generi salute gratias Deo ageret. Nam si alimenta qua in alium descendunt, hortari nos & stimulare debent ad paternum Dei fauorem laudandum, quanto nos vehementius excitat, imo inflamat ad hoc pietatis officium, ubi animas nostras spiritualiter pacit. Beza in Matthæum, Verum est nos Consecratio voce totam illam sacram actionem intelligere, qua res alioquin communes in Sacraenta mutamus, agentes qua præcepit Dominus: eius sacra actionis pars est duntaxat istud, quod hic benedictionis & gratiarum actionis, id est, solennium precum nomine intelligitur. Quid ergo? Nempe non nunquam Iesuitarum ira furor est, utinam breuis.

VII. Sed de argumento, sectione 3. Valde incertum est, fueritne Christi benedictio oratio praevia, à consecratione distincta; & qualis fuerit: Verba autem ad consecrationem necessaria certa esse oportet. Tum etiam adhiberi potuit illa oratio solum propter exemplum. Tertio, non omnia, quæ tunc fecit Christus de necessitate consecrationis sunt: alias omnino necessarium esset sumere panem in manus, lauare oculos, gratias agere, & similia.

VII. Valde incertum, inquit: quasi demonstrasset & ~~reverendissimus~~: & non misere nugatus esset conquisitis variis etiam fanaticorum hominum sententiis. At nobis religiosior cura verbi diuini: ex quo tum re, tum verbis constat distingui; non quidem benedictionem, à consecratione; nos enim id non dicimus, sed liue benedictionem, sive gratiarum actionem ab iis verbis, quibus solis nunc hærent aduersitati: & quia decreuerunt hægere, ideo reliqua omnia in controversiam vocant. Sed his sunt recentissimi quique: nam & Veteres, & qui aliquanto ante postremos alter opinantes vidimus: quibus addas licet & hos recentes: Tileranum elucidatione in Matthæi vicesimum sextum, Accepit in manus suæ illas sacras & venerabiles panem, quem tenens manibus primum benedixit, id est, gratias egit Patri cœlesti: post benedictionem autem fregit panem illum quem tenebat, deditque discipulus manducandum, dicens, Accipite Odonem Camelacensem in Epitome Canonis, Benedixit, suum corpus fecit; qui prius erat panis, benedictione factus est caro. Vides his testibus benedictionem esse non distinctam à consecratione. Et tamen præcuntem verbis illis formalibus: quod noster nunc Sophista incertissimum esse queritur.

VIII. Salmo tom 9. tractat 13. In primis dicitur, quod Dominus accepit panem, deinde benedixit, siue gratias egit, id est, benedictum fecit, & postea fregit, & dedit discipulis suis, dicens, Hoc est corpus meum: & idem dicitur de calice siue de vino. Cum igitur benedictio Domini non sit superflua, aut vana; nec dederit purum panem, nec hortatus fuerit ad illum accipiendum: sequitur quod cum dedit, iam facta erat transmutatio: & verba illa, Hoc est corpus meum, quid contineretur indicabant in pane, non quid fieret Hac ille ex persona Graecorum, quorun sententiam ut probabilem recitat. Sed deinceps certe ex sua, Respondent quidam, Euangelista non semper eundem ordinem obseruasse in historia enarrandas; sed quosdam a recapitulatione usas. Sed profecto hic omnes penitus Euangelista eundem servarunt ordinem. Qui ergo exponunt, Accepit panem, & benedicens, dixit, hoc est corpus meum, deinde fregisse, & dedisse discipulis, profecto non exponunt, sed mutant verbatenius. Manifeste improbans eos, qui quo ordine narrarunt Euangelistæ, eodem processu negarent actionem Christi.

X. Quare tum Veteres, tum suos Vasques impugnat, dum ea valde pronuntiat incerta, quæ constat vñanimi consensu trium Euangelistarum, & Pauli. Neque enim maiorem obtendere possunt in quatuor illis vocibus, quod ramen cum liber faciunt magnifice. Sed enim si tanta est incertitudo eurū subito tantum, tam fixum in ea benedictione nullam esse consecrationem? Aut potestne quisquam hoc habere pro certo, & illud pro incertissimo? *Em*nivero si quid sit residui boni mentis: & nulla omnino consecratio ante has quatuor voculas, alterutrum proorsus necesse est, vel nihil illam benedictionem habere consecrationis, & vel non differre ab iis voculis. Et contra, si vtrumque hoc incertum; ne certum quidem esse illas solas voculas pertinere ad consecrationem.

X. Poruit, inquit, adhiberi oratio solum propter exemplum. Recte, inquam : sed istitutionis exemplum. Itaque imitandum posteris omnibus ex eadem institutione idem Sacramentum usurpariibus. Itaque Christus diserte sanciuit : *Hoc facite*, nempe quod me vidistis facere. Alioqui cur non omnia similiter cauillamur facta ad exemplum ? & sumptum paucem; & fractum; & pronuntiata verba ; & alia omnia? Denique constans Ecclesiæ usus documento est. Etenim non tantum Paulus repetens hanc institutionem non omisit eam partem, sed & omnes liturgiæ, cum Græcum Latinæ diligenter imitatae sunt : ut nunquam fuerit absque preciis consecrata Eucharistia.

XI. Non omnia, quæ tunc fecit Christus sunt de necessitate coniegra-

tionis. Esto, inquam: ut lauare pedes; ac cum bēte mensæ; & si quid simile
neque nos sahe ita argumentabamur. Verum, si non omnia, ergo ne hoc
quidem esse; fuit probandum Sophistæ: Nam alioquin cur non nos item
dicamus, ne ipsam quidem vocularum prolationem esse de necessitate con-
secrationis? Sedeniū solenne est apud Sophistas eum liber: *omnis Christi
actio, nostra est instrucción*. Certe Theophylactus in 26. Matthæi, ιωαντοῦ Ἰ
ησοῦ καὶ λαοῦ τὸ ἀγέτον ιωάννης περιδίνου μετ' ιωαντοῖς τὸ ἀγέτον οὐρανοῦ.
Agit autem gratias fracturus panem, ut nos doceat cum gratiarum actione pa-
nem offerre. Prior dixerat Chrysoſtomus in Matthæum, Καὶ ιωαντοῦ διδο-
κεν αὐτῷ ὅμως δὲ τὸ μυστήριον Τὸ μυστήριον, *Gratias egit*, ut nos instrueret
quomodo misterium hoc facere debeamus.

XII. Secundum nobis argumentum. Si h̄a quatuor voculae solē conseruent panem. Ergo nullæ orationes Sacerdotis. At hoc falsum. Ergo neque illud verum. Consequentia patet. quia illæ voces, neque formam villam preicationis obtinent, quandoquidem neque postulent, neque agant gratias: neque si haberent, essent Sacerdotis preces: sed ipius Christi. Nam etiū recitentur à Sacerdote, rāmen per ~~accusō non sicut~~, &c. ut vulgo loqui most est, relatiue. Itaque non magis preces sunt Sacerdotis, quam preces sunt Matthæi Euangelistæ, Confiteor tibi, Pater Domine cœli & terra, quod absconderis hac à sapientibus, & intelligentibus, cap. 11. aut Ioannis cap. 17. Pater quos dedisti mihi, velim ut ubi sum ego, & illi sint mecum. Et familia plurima.

XIII. Assumptum autem facile probatur. Primo enim Paulus dixit prioris ad Corinthios 10. Τὸ ποτίσεον τὸ ἐνδογάγειρ, Calix benedictionis, cui benedicimus: quomodo postea, τὸ ἄρτον τὸ κλέψειρ, Panis quem frangimus. Vbi manifestum, sic nos dici benedicere, quomodo frangere: nimur ut actione nostra frangere, sic nostra itidem benedicere. Non enim ideo frangimus, quia Christum dicimus frangere: sed quia ipsi per nos ipsos. Itaque Occumenius, ὁ ἐνδογάγειται κυπεών αὐτῷ. Quem benedicentes aptamus. Lombardus, Calix benedictionis, cui benedicimus, id est, portus calicis, quem non solum a Christo in Cena est benedictus, sed cui etiam nos Sacerdotes, quotidianie benedicimus. Thomas, Cui benedicimus, id est, quem nos Sacerdotes conseruamus.

XIV. Deinde testimonia sunt diserta, & plurima. Iustinus Apologia 2.
Οὐαγεῖσις ἐνχάρακοις τῷ ινχαρτίας δον διωμεις αὐτῷ αναπιέσθ, καὶ λόγοι τετρα-
φυλοι λέγοι τὸ Αὐτόν. καὶ οὐ διδάσκεις, καὶ οὐ μεταληψίς δοτὸν ινχαρτίας εἰσ-
ται μητε. Prefectus, quantum pro virili sua posest, preces & gratiarum actiones fundit, populus fauste acclamat, dicens Amen: & distributio, communis
ratioq; sit eorum in quibus gratia acta sunt. Origenes 8. contra Celum, εἴπεις
τὸ Φαντος δημιουργοῦ ινχαρτίας, καὶ τοὺς μετ' ινχαρτίας καὶ ινχᾶς τὴν τοῦ δα-
σεῖον, περιστραγωδήρας ἀρτες τετρορθοῦ, σῶμα περιστραγωδήρας διὰ τῶν ινχῶν ἀρτες τι, καὶ
ἀγιάζον τοὺς μὲν οὐκεῖς περιστραγωδήρας αὐτῷ χειρωδήρας. Nos qui verum omnium condi-
tori placere studemus, cum precib; & gratiarum pro beneficio acceptis actione
ne oblatos pares edimus, corpus iam per preicationem factos sanctūm quodam
& sanctificans utentes eum sano proposito. Cytillus mystagogica 3. Οἱ ἀρτοι
& ινχαρτίας μὲν τὴν επικλησιν οἱ ἀρτοι λιτῆς, ἀλλὰ τοις
χειρεσ, Panis Eucharistia post Sancti Spiritus invocationē non amplius est panis
communis, sed est corpus Christi. Theophilus Alexandrinus Pachalii 1. Non
recognitat aquas in Baptismate mysticas adueniunt Spiritus Sancti consecrari; pa-
nemq; Dominicum, quo Saluatoris corpus ostenditur, & quem frangimus in
sanctificationem nostri, & sacrum calicem, qua in mensa Christi collocantur,
& utique in anima sunt, per inuocationem & aduentum Sancti Spiritus san-
ctificari.

XV. Theodoretus Dialogi 2. cap. 24. Τί καλεῖς τὸ αὐτοφεύγειόν μου
αὐτὸν ἵστηκεῖς ἐπικλήσως; τίνος ἐπικοινωνίας προέρχεται τοῦ φύλου; Τὸ δὲ ἵστηκεῖς σύμβολον τῶν ὁμοιώσιον; Κοινὸν γάρ τον ὅνομα πάρεστος εἶδος σημαίνειν; Μετὰ δὲ τὴν ἀγάπησμὸν τῶν ταῦτα αὐτοφεύγειν; Σύμφωνος τούτου, οὐ μηδὲ λογία; Quid appellas donum quod offertur ante sacerdotalem inuocationem? Cibum ex huiusmodi seminibus. Alterum autem symbolum quomodo nominamus? Est δὲ hoc commune nomen potius speciem designans. At post consecrationem (ante appellabat ἐπικλήσην) haec quomodo appellas? Corpus Christi, & sanguinem Christi. Victor Antiochenus in Marci 14. Cum ad Apostolos dicit, Hoc est corpus meum; item, hic est sanguis meus, cerro apud se statuantem vult, posteaquam benedictio, & gratiarum actio ad panem vel calicem propostum accesserit, per panis quidem symbolum corpus Christi, per calicem vero eiusdem sanguinis particeps fieri. Theophylactus in 6. Ioannis, Ματθαῖον ταῦτα διέρριται λόγῳ ὁ ἄρτος. Εἰς δέ τον μυστῆς ἔνδοξιαν, καὶ ἐπιφοράς τοις ἀγάλματος εἰς σάρκα. Εἰ καὶ λα, Transformatio enim arcanae verbis panis ille per mysticam benedictionem & accessionem Spiritus Sancti in carnem Domini.

XVI. Ambrosius 4. de Fide ad Gratianum cap. 5. Nos autem quotiescunque Sacraenta sumimus, qua per sacra orationis mysterium in carnem transfigurantur & sanguinem, mortem Domini annuntiamus. Hieronymus Epistola 85. quæ ad Euagrium, Quis patiatur, mensarum & viduarum minister ut supra Presbyterostumidus se efficeret ad quorum preece Christicorpus sanguinisque conficitur. Augustinus tertij de Trinitate capite 4. unde descriptus est distincte. 2. Confect. canon 60. Christi corpus & sanguinem dicimus illud tantum quod ex fructibus terra acceptum, & prece mystica consecratum rite sumimus. Epistola 59. ad 5. questionem, Ut preceptiones accipiamus dictas, quas facimus in celebratione Sacramentorum, antequam illud quod est in Domini mensa incipiat benedici. Orationes cum benedicitur & sanctificatur, & ad distributionem communiter: quam totam petitionem ferme omnis Ecclesia Dominica oratione concludit.

XVII. Responsuri aduersarij de consequentia non laborant: sed as-
sumptum negant. Obiectos locos ex Patribus dupliciter interpretantur,
tum Bellarminus, tum Valsques. Vel precum, orationum ve nomine totam
liturgiam, sive canonem intelligi, cui insunt preces, gratiarum actiones, be-
nedictiones, inuocationes: Nempe ut sit synecdoche à parte totum deno-
minans. Vel ipsa illa verba, *Hoc est corpus meum*, prolatā à Sacerdote cum
intentione faciendi Sacramentum, continere implicite inuocationem di-
uinae virtutis. Hanc posteriorem interpretationem magis probat Vals-
ques: & confirmat testimonio Theophylacti in Marci I 4. Et edentibus illis.
Id quod etiam nos facimus, preces adiungendo, Hoc est corpus meum. Vbi haec
verba preces appellantur.

XVIII. Nos instamus. Et primo priorem interpretationem posse admitti.

per orationes totum intelligi Canonem. Neque enim nos à consecratio-
ne excludere formales illos voces; quibus ipsis solis & nudis consecrari ne-
gamus. Itaque nolle nos alterum ab altero excludi. Preces enim solas ni-
hil agere, ab illo diserta promissione Christi, quæ continetur iis formalibus
verbis: neque hæc verba absque precibus: aliquin quoties illa recita-
rentur, toties fieret consecratio, quod est absurdissimum. Non satisfaciunt
igitur argumento Papistæ, cum dicunt priores preces, quibus sit consecratio,
intelligi totam liturgiam. Nam hoc concessio inferimus; si tota liturgia con-
secrat; etiam preces, à quibus ea denominatur.

XIX. Secundo, difftiora esse dicimus testimonijs; & diferte describe-
re eam partem liturgiæ, quæ in invocatio est. Indicium manifestum; quia
connectunt preces & aduentum Spiritus; nempe ut iudicent aduenire Spi-
ritum per preces invocatum, qui sua virtute consecret. Atqui quatuor illæ
vocula nihil habent quo invocetur Spiritus; sed tantum significetur facta
consecratio. Et rursus ea preces appellantur sacerdotum preces. At hæc
quatuor verba non possunt dici sacerdotum preces, ut ante dixi. Tertio,
Augustinus distinguit Precationes, & Orationes; illas ante benedictionem;
has in ipsa benedictione; at qui utræque pertinent ad Canonem sive
liturgiam.

X. Tertio, ridiculum est quod de intentione additur. Nunquam enim
cordatus quisquam concessurus est non demonstrantibus Papistis,
quaecunque recitantur à sacerdote, cui intentio est precandi; eadem in-
duere vim precum: ut exempli gratias; in illo ipso actu, dicit sacerdos, Ac-
cepit, comedite & mortem Domini annuntiabitur: Tameo nemo vñquam di-
xit his verbis peculiariter preces futidi: ad Deum: quamvis eadem intentio
precandi persevereret. Quis autem iussit Iesuitas sic impetrare ratione, ut quæ-
cumque iis in blucam vñveniant, ea pro lego sicut inter Christianos?

XI. Porro locus Theophylacti fœde atque impudenter luxatus est.
Sicut enim ille scriptit, Εὐαγγέλιον τὸν ἀπόστολον ἡλεῖται τὸν ἀπόστολον
τοῦ Ιησοῦ ποιῶν δικαιούμενος. Τέτοιοι οἱ σύμμαχοι, οἱ τοῦ αὐτοῦ λαού πάτερες
οἱ αὐτοῦ θεοὶ τοῦ Ιησοῦ οἱ οὐρανοὶ αὐτοῦ αὐτοῦ εἰς αὐτὸν οὐδὲ μηδέποτε
τοῦ αὐτοῦ θεοῦ. Cum encedisset, pro eo quod est, gratias egisset, fregit panem,
quod & nos facimus, additis precibus; Hoc est corpus meum, hoc quod
nunc accipitis: neque enim hic panis est antitypus Dominici corporis, sed in
illud ipsum corpus Christi transfertur. Nempe igitur ludit Sophista, Οὐ γάρ
τιον οὐδὲν οὐδὲν θεοῖς θεοῖς. Quia constructio est, Preces adiungenda. Hoc est
corpus meum: ut hæc quatuor verba preces dicantur. Cum tamen illud pre-
ces adiungenda, finis sit periodi præcedentis. At vero, Hoc est corpus meum;
initium nouæ, nouam explicationem exordientis, horum verborum, id est,
alterius membra contextus dati.

C A P. VIII.

De secreta pronuntiatione Consecrationis.

I. Tertiis restat articulus, nec maximi momenti, quem disputauit
Hardingus contra Iuellum, art. 16. & Richeomus libri 4. de Missa,
cap. 51. 2. 3. & Bellarminus 2. de Missa c. 12. Nostri, Iuellus eodem articulo:
Chemnitius Examinis parte 2. ad canonem nonum sessionis 22. Concilij
Tridentini: Hospitanus historiae Sacramentariæ lib. 2. cap. 7. particula 3.
& lib. 5. cap. 10.

II. Sed Richeomus statum questionis notat perperam: quasi nos mo-
rem damniens orandi interdum summissa voce. Quod non est ita. Scimus enim
distinguendas publicas preces à priuatis: & in his non tantum sub-
missam vocem permitti, sed etiam nullam: exemplo matris Samuels, cu-
ius precantis nullus erat sonus; sed tantum motus labiorum; i. Samuelis 1.
capite ubi dicitur, Μωϋσῆς ἐπέβρατον, λογίζεται εἰς τὸν οὐρανόν. Sed & Ionas in
ventre Ceti oravit, credo, non admodum libera voce. Christus autem ju-
bet precaturum quenq; ingredi cubiculum, exaudiendum à Patre, qui aspi-
rit in secrete; Matthæi 6. Itaque hanc in partem poterunt quietem sibi in-
dulgere Papistæ, à nobis non lacescunt.

III. At preceum publicarum alia longe tatio est: has autem definitim
eas quæ sunt non tantum in loco publico: nam & hic singuli laici precan-
tur apud se: verum sunt à persona publica sionime omnium adstan-
tium. Has ergo negamus debere fieri summissa voce, quam non capiant,
aut possint capere qui adstant.

IV. Nunc tamen peculiaris disputandi occasio de Consecratione Eu-
charistie; quam ita recitari possit apud Papistas; ut præter ipsum recita-
tem nemo prorsus audiat; adeo ut halare videatur potius quam loqui. Quo-
loco aduersariorum diffidentiam juuat attendere; qui vix ausi quæstionis
nodum attингere. Nam Bellarminus, Accusant, inquit, aduersarij Ecclesiam
Latinam, quod pleraque in Missa submissa voce pronuntiari iubeat, Solus
Hardingus directe disputauit, coactus videlicet à Iuello, qui thesism his no-
minatim terminis circumscripterat, ut sibi probari iuberet intra sexcentos à
Christo annos, licuisse Sacerdoti verbo consecrandis tacite, & silentio sibi de-
murmurare. Et tamen Concilij Tridentini sic fuit Canon nonus, sessionis
28. Si quis dixerit Ecclesia Romana ritum, quo summissa voce pars canonis
& verba consecrationis proferuntur, damnandum esse, anathema sit. Michael
Episcopus Mersburgensis in explicatione posteriorum Missæ, Iam inde ab
initio Canonis omnia sub silentio Sacerdos peragit. Biel Epitome in Canonem,
2. parte Missæ Catechumenorum, Dicitur hac pars cum sequenti canonе, se-
cretum, quia ab hac oratione incipiunt altissima mysteria, quæ populo celari
debent, ne usi communii vilescant.

V. Porro protestatur Hardingus, hanc huius articuli rem ac materiam,
neque è summis esse mysteriis, neque è maximis religionis Papisticæ cla-
mibus: & Bellarminus negat queri, an sit per se illicitum totam Missam
alta voce celebrare: aut se ignorare modum vocis non pertinere ad sub-
stantiam Sacrificij, posseque omnia ad arbitrium Ecclesie immutari.
Quæsitantum non clamarent inuitos se in hanc arenam trahi. Verum ne-
agre ferant à se rationem exigere superstitionis inuestigare in orbem Christia-
num; qui etsi sua immensi autoritate abutantur impotentissime, tamen
nolunt videri quicquam agere absque magnis mysteriis: imo & que anathe-

matizant, qui hic contra sentiant, quam qui in Trinitate, incarnatione, &
reliquis.

VI. Tota, inquit, Bellarminus, quæstio, in eis sita est, utrum consuetudo Lati-
na Ecclesiæ, quadam submissa voce pronuntiandi, repugnet Christi ordinario-
ni, ac proinde sit mala, & necessario corrigenda. Minime vero, inquam. Nam
illud, Quadam pronuntiandi, nimis est laxum. Itaque corrigendum; ut de-
signet celebrationem Eucharistie: & in Eucharistie celebratione nomina-
tim consecrationem; quam illi non tantum Canonem appellatunt; sed etiam ab hoc silentio Secretam, sive Secretellam. Nobis contra tenetibus
nulla publica verba debere summissa efferti: & omnium minime ista.

VII. Kationes non tantum Hardingus, Richeomus, Bellarminus: sed
etiam priores collegant. Innocentius tertius cap. 1. lib. 2. de mysteriis mis-
sæ: & Durandus Rationalis lib. 4. cap. 35. Has nos omnes examinatum imus
figillatim: effectu cum Deo, ut eatum si non pudeat viros superstitionis
præiudicio liberos, nihil tam sit absurdum, quod quisquam merito desperet
se. Hoc latibulum, hoc secretio silentio representatur.

VIII. Prima: Christus ad consecrationem corporis sui venturus fecer-
te & solus orabat ab hora Cœnam, usque dum suspensus est in cruce. Has
orationes hoc silentium significat. Item Christus postquam honorifice fuit
receptus & magnificatus a turbis cum palmis & laudibus, abiit, & abscondit
se. Hoc latibulum, hoc secretio silentio representatur.

IX. Et nugæcæ nugæ nemo deprehendat? Primo, quid opus erat? Imo
quis iussit hæc tunc, hæc ita significari? Nam si Christus, cedo tabulas: tibi
enim nemo credit, ne eres. Si homo: unde homini autoritas instituendi,
mutandi, peruertere res tam sacras? tam solenni institutione commenda-
tas? Non pateris tuas Ecclesiæ consuetudines, plerumque ab obscuris ini-
tis deductas, per negligentiam prælatorum, & priuatam abdicationem: non
pateris, inquam, has follicitari: & cuiquam permissuros credi pios viros
tam matifelte, tam publice grassari in Christi instituta? Sed putarunt vide-
licet impotentis audacia Sophistæ, histrionicam fabulam esse Eucha-
ristiam: itaque permiserunt sibi poëtarum in morem, omnia vnde
colligete, quæ in passione Christi fuerunt: sive prævia, sive consequen-
tia, ut regie tamen mimos agerent, & pietatem verterent in theatricum
lumen.

X. Deinde quanta ineptitudo? Christus orabat, secrete & solus. Optime.
Nam cum vox proprie non nobis inferuatur, abunde gñaris nostrorum
cogitatum: sed aliis quibus communicare nos necesse est nostros conce-
ptus: sane si solitarij oīemus nihil verbi opus est. At hic Sacerdos secrete
coram omnibus: in secretæ apud omnes. Quantum hoc monstrum? Christus,
abiit, & abscondit se: at nous Rofcius, & venit & ostentat se: omnino,
inquam, nollet non videri. Pariane? Sed hic perpetuus istorum mos est: ut
ridiculi tamen sint maxime, cum maxime videfi volunt serij. Ex Durando: si
sedent, significant Apostolos sedentes in coenaculo testes de hec Domini:
si stent, Mosei orantem manibus expartis sustentatis ab Aaron & Hur. Si
tres eruces faciunt super oblatam, designant Christum ter traditum, à Deo
ex gratia, à luda ex auaritia, à Iudeis ex inuidia: vel, perinde est enim quic-
quid somnietur, ter crucifixum, in voluntate persequentium, in voce elati-
mentum, in crucifixione manum. Si osculentur altare, Thuanus dicet
fieri propter coniunctionem Christi cum Ecclesia: sic imaginæ Trinitatis
significari tres personas cooperatas esse in creatione. Et similia plurima:
quasi dicerent, si baculus stet in augulo, ergo hominem esse animal ratio-
nale.

XI. Tertio. Significant, aiunt. Mitto, quod dixi, non esse fonticam
causam usurpandi, si quis alte stertens potuit significacionem aliquam alii-
quo modo communisci. Sed enim, quibus quælo significant? Nam ita est
significatio, quomo dolum: semper relationem includens. Nunquam
lucet Sol nisi iis qui illuminatur. Nunquam quisquam significatur, nisi iis
qui signata concipiunt. Quibus ergo silentium hoc tam doctum, sua myste-
ria significat? Plebinc, an ipsi Sacerdoti? Non enim, credo, Deo aut Angelis.
Quod si Sacerdoti soli, quid opus in publicum prodire, tanta pompa ve-
stium, & vñtilium: ut ipse sese denique doceat? Ex gone plebi? At hæco-
rum mysteriorum tantundem capi, quantum musices asini Arcadii, nisi
prius exacte doce. Ad hæc, quomodo significant? Similitudine ab insti-
tutione? Non similitudine; cum nihil sit determinati; quod magis Christus
absconditus designetur, quam Pythagoricus ægards, aut etiam Janus la-
tens in Latio. Quomodo autem ex institutione, cuius nemo admonetur,
sed tantum gestulatione illuditur? Denique non sileat; sed murmuratur,
aut exhalatur nescio quid. Quomodo autem murmur potuit id silentij,
sive etiam latibuli denotare?

XII. Præterea; unde hoc? Orabat secrete venturus ad consecrationem
corporis sui. Unde, inquam, hoc habuerunt Sophistæ? Quis Euangeli-
starum dixit? quis veterum est ariolatus? Proh fidem! Quid est impuden-
tem esse? Habemus in Euangeliō Christum oraturum lecessisse. Sed post
Cœnam; & non in eodem loco, vbi Cœnam habuisset: sed in Oliuero, Lu-
cae 22. Et egressus profectus est de more in montem olivarum. Isti religiosi sci-
licet viri dicuntante consecrationem. Secrete artem? Ita credo legiſe ali-
cubi: sed deceptum non vulgata Latinitate, intellexerunt de voce summis-
sa, quod de loco potius debuerunt, Anulus est, ait Lucas, ab eis quasi ad ia-
cum lapidis Miram soleritiam!

XIII. Denique dato hoc quicquid est & silentij, & significacionis; et si
ridiculum, ineptum, absurdum. Quid tum autem? aut quæ vis consequen-
tia? Significatur, aiunt, Christum secrete orasse. Ergo oportet silentia pro-
ferri. Atqui in promptu negatio est consequentia. Quid enim? In Euange-
lio, quæ pars hoc factum docet: ea nonne significat à Christo fuisse or-
atum secrete? Et quidem ex professo. Quis ergo iussit vñquam hanc ipsam
partem summissa voce murmurari? Quis vertit alta effetti, ut omnes audi-
rent? Deus bone! Hic vbi ex professo significavit silentium, alteri vox per-
mittitur: & vbi non nisi per accidentis, silentium imperatur. Videntur quis-
quam vñquam quicquam peruersius?

XIV. Secunda ratio. Sacerdos intare debet cubiculum cordis: & ostio
sensuum corporis clauso, Deum Patrum orare, qui exauditor est clamoris
cordis, non vocis. Vnde Anna typum gerens Ecclesiæ, non petitione clam-
sa, sed tacita deuotione, quod petijt, impetravit. Et quare volunt (Richeo-
mus exclamat) Sacerdotem semper orare voce clara?

XV. Dicas nullius nisi sui ipsius habendam rationem Sacerdoti. Tunc enim forte ponderis aliquid haec haberet ratio. Sed cur plebis nullam? cuius tamen gratia hoc quidquid est Sacramenti dicitur institutum; imo & celebrari. Itane solum Sacerdotem opus est orare, & quotquot absunt frustrati harum precum deuotione. Exaudit Deus orantem in secreto. Ita est, teste Christo. Sed non exaudit non orantem, ne in publico quidem. Quid ergo speret plebs se exauditumiri; cui Sacerdos obstatu est ne precessetur? cui Sacerdos, inquam; preces inuidet? Orat Sacerdos, Ut nobis corpus, & sanguis fiat dilectissimi filii tui. Et nominatum nobis, ait, vt se ostendat non precari pro se uno, non precati solum, sed & pro omnibus, & cum omnibus. Quantum scelus est hanc precum partem inuidere populo? cuius tam solenniter agitur negotium. Imo solennia mentitur: Negat enim se solum orare, Te igitur, clementissime pater, per Iesum Christum filium tuum Dominum nostrum supplices rogamus, & petimus. Omnes dicit oratione: cum tamen solus, & silentio, & secrete precetur.

XVI. Tertia. Non clamat Sacerdos, ne clamando his quæ arguntur minus intendat.

XVII. Sed nihil ne periculi est, inquam, ne plebs ipsa non intendat? Cur ergo hortamini, *Sursum corda;* ut respondeat, *Habemus ad Dominum?* Cur olim Græci clamabant in Marci Liturgia *cœtralvæ,* intendite, At qui si nihil audiat, quomodo poterit intendere? Et tamen quænam haec ratio est. Nam profecto qui clamat, non propterea non est attentus. Alioquin quas fuisse dicas preces Davidis, qui tam crebro testatur se clamauisse ad Dominum? Psalmus 3. *Voce mea ad Dominum clamaui.* Et 8. *Inuocauis Dominum, & ad Deum meum clamaui.* Et alias frequenter. Sed & mirum si in Litanis, vbi valde sunt vocales Sacerdotes Papistici, profiteantur ipsi se non attendere, quæ tunc fiant. Nam *vox illa clamantis in deserto,* Matthæi 3. non intendebat animum iis quæ agebat: neque 15. mulier Chananæa, cum clamauit, dicens, *Miserere mei Domine fili David;* non temere agebatur. Denique furiosi etant qui 20. quanto magis vrebantur à turba tanto magis clamabant, *Miserere nostræ, Domine, fili David.*

XVIII. Quarta. Ne vox Sacerdotis nimio clamore deficiat.
XIX. E fons manu Papistas inter nimium clamorem, & infimum

XIX. Eugeane apud Papistas inter nimium clamorem, & intimum silentium nihil medium. Videntur sapere? Delicati homines, qui si iubantur paulo altius vocem intendere, vel ad exiguum momentum: neque enim tam prolixius est Canon, continuo conquerantur ilia dolere, frangramices: & quid non? Atqui Esdras, Nhemiae octauo, legit ab auro ad meridiem, ita ut populus vniuersus & audiret, & attenderet, quanto spacio decem missas perageret sacrificulus; nec tamen sibi querebatur vocem deficere. Este vero bono animo, viri Papistæ: nemo à vobis exigit sicut oros clamores; nemo vel Demosthenis firma latera, nemo. vt cum Cicerone, quantum poteritis, voce cœreditas. Vox sufficit, vox mediocris, vox clara, vox distincta: vox deniq; que distet a silentio, ab obscuro murmure.

X X. Quinta. Ne facra verba vilescant. Nam Apostolos, & Patres, qui initio Ecclesia leges sanxerunt, mysteriorum existimationem illibatam conferuasse, dum ea occultaretur & celarentur. Non enim esse mysterium, teste Basilio, quod ad aures populares proferatur: & ei quod publicatum est, & per se apprehendi potest, innire contempsit: ei vero quod remotum ac rarum, etiam naturaliter quod ammodo esse coniunctam admirationem: atque ita Christum prohibuisse margaritæ porcis proficerentur. Olim solitos Catechumenos, Energumenos, Pœnitentes, arceri, ne saltem viderent huius Sacramenti celebrationem. Denique triste olim esse exemplum editum: pastores in agris nescie quos, aut vbinam gentium, panem posuisse super lapidem, usurpare verba solennia, mutasse panem in carnem: tum vero drepente ignem de celo descendisse, pastoresque redigisse in cineres: inde edictum fuisse silentium.

XII. Quasi certum sit, quæcumque publicentur, eadem vilescere. Quid igitur futurum verbis Baptismi, quæ tantum abest ut iubeantur silentio obrui; ut potius obtrudantur ediscenda omnibus clericis, laicis, maribus, fœminis, viris, pueris, Christianis, paganis, ut possint in casu necessitatis baptizare, etiam ludicre, ut olim Athanasium ferunt? Nihil forte, nihil interit rei Christianæ hoc Sacramentum pro nihilo haberet. Quanquam Chrysostomus, *Φεντος μυστηριον* dicat, æque cum Eucharistia, Catechesi ad illuminandos. Τὸν τοῦ ἰησοῦ τὸν καὶ *Φεντος μέλαντα καὶ πίνακα μυστηρίου* ἐγενέσθαι. Ad sacra hac estremenda mysteria accedentes oportet vigilem esse. Quid ruisus faturum vniuerso Euangelio, cuius quot clausulae, tot per me mysteria? Itane oportebitur nemini publicari, aut vilescere natum de Virgine, crucifixum sub Pilato; delatum in cœlos, venturum in iudicium? aut quicquam reliquorum articulorum? Improuidos Patres, inconsultos Apostolos; qui Papistis nostris non impetrarint silentium, quasi cum poëta fingunt Somni regiam, ubi nihil mutiat. An superstitiones Papistis potius, qui somnia fingant sibi, ut videantur Patribus; ut videantur Apostolis prudentiores, cautiiores; cornicum oculos confixuri. *αὐτὸν εἰ μὴ εἴδεις.*

XXII. Basilius, 37. de Spiritu Sancto, dixit non esse mysterium, quod ad aures populares proferatur: sive, ut recitat Bellarminus, multum conferre ad dignitatem & reverentiam conseruandam mysteriorum, ut non assuecant homines eadem saepius audire. Et tamen, inquit, Basilios Graecus fuit: & constat confessione aduersariorum apud Graecos nunquam in usu fuisse huiusmodi silentium. Imo in eius Liturgia disertum. Sacerdos Dedit sancta suis discipulis & Apostolis, dicens, Accipite, manducate, Hoc est corpus meum. Quid hoc portentio est? Qui dixit non esse mysterium, quod proferatur ad aures populi, quod assuecant homines saepius audire: idem ille ubet haec ipsa mystica verba recitari ad populum, & recitari non uerbiis, ubimissa voce: sed enphasata elata, ut omnes audiantur: ut omnes saepius assuecant audire.

XIII. Imponit nobis: imponit Hardingus: imponit Bellarminus. Nam Basilius de silentio apud populum ne personum quidem loquuntur. Vide verba. Οἱ τοι ἀεὶ τὰς εὐηλπίας ἐξ ἡχῆς διάθετο μετέποντες. Αἴποτε
τοι καὶ πατέρες τὸν περιφρύτον καὶ αὐθίγυρτον τὸ σεμὸν τῆς μυστησίου ἐφύλασσον.
Ιδὲ γὰρ ὅλες μυστήσεις τὸ εἰς τὴν δημοσίην καὶ εἰκόναν ἀκοῦν ἔκφοροι. Qui ab initio
eis Ecclesiasticas ordinauerunt Apostoli, & Patres, in occulto silentioque my-
sterii sum seruauere dignitatem: neque enim omnino mysterium est, id quod

*ad popularem ac temerarium auditum effertur. Audis silentium. At non abs
solute, & quodlibet: ^{Ex} n: nempe ut fileatur, non quod nemo audiat: sed
quod non omnes promiscue, ac temere nullo probris discrimine, puta
prophanorum, & initiatorum: hoc enim sensu nominat dñus ad hanc circuac
areclus.*

XXIV. *Vin conuinci?* Contextum altius repepe, Benedicimus aquam Baptismatis, & oleum unctionis, prætre ipsū, qui Baptismum accipit: δῶδε ποιῶ εἰς τὴν φωνήν; ex quibus scripturis εἴπερ δῶδε τῆς στονόποιντος μετανίστησθαι οὐδέποτε; nonne à tacita secretaque traditione? Ipsam quoque olei inunctionem, quis sermo scripto proditus docuit? Iam ter immergi hominem unde ex Scriptura haustum? Reliqua item qua sunt in Baptismo, veluti renuntiare Sathanā, & Angelis eius, ex qua Scriptura habemus? Nonne ex doctrina, quam Pateres nostri silentio quieto minimeque curioso seruarunt? Καλῶς ἐγένετο διδάσκαλοι τὸν μυστὴριον τὰ στοιχεῖα σωτηρίας διατρέψασθαι. Λόγος εἰς ἀποτέλεσμα, ἐξ οὗ τοῖς ἀμυντικοῖς τετραώδεσιν αἱ λοιποὶ τοῦ διδάσκαλου Ἱριερεῖς εἰς τὸ πρόφερον; Pule, quidem illi nimirum docti arcanorum venerationem silentio conseruari. Nam que nec intueri fas est non initiatis, qui conueniebat horum doctrinam publicitas circumferri scripto?

XXV. Attende primum, agi de Baptismi ritibus, tum circa elementa, tum circa competentem. Atqui certum est nunquam auditum non prolatæ esse illa Baptismi verba; cautum ve ne competens, aut etiam populus audiret: neque adeo id vñquam vel Papistæ ausi docere. *Quid mali est in Eucharistia, quæso, vt quæ verba in Baptismo non significat demurum uationem consecrationis; eadem Eucharistiæ solam relinquant inhalationem?*

XXVI. Attende secundo; non perpetuum id silentium fuisse, sed tam
tum præmiæ traditionis; itaque non in ipsa celebratione, sed in origine ce-
lebrationis. Clarius dico. Non docuit Basilius hoc mysteriōsum silentium
retineri, quoties baptizetur quisquam, ut nihil aut ipse, aut adstantes au-
ribus concipient: sed olim duntaxat, & ab initio non fuisse scriptis publi-
catam. Itaque silentium hoc quocunque sit, non opponi voci, sed scrip-
tioni: ut non sit sensus, non debuisse pronuntiari, proferri Sacerdotis alta
voce: sed tantum, non debuisse scripto trādi. At scriptio aliena est à celebra-
tione Sacramentorum.

XXVII. Attende tertio, id ipsum factum ne *ris a mūris*, id est, non Christianis, sive initiatis, patuerent; quæ non licet intueri. Vnde facilis conclusio, nihil huiusmodi silentium pertingere ad Christianos; ad initiatos, ad eos quibus licet *in nos rūs*.

XXVIII. Attendo denique quicquid hoc est silentij, de iis ritibus dici, qui non constent ex Scriptura Sacra: sed ex non scripta traditione duntur.

XXIX. *Enimvero istae omnia procul abeuant ab hoc silentio, quod nunc tractatur. Nam vt à postremo incipiā; ea verba cum primis tacentur, imo taceri iubentur, quæ maxime constant ex Scripturis. Item hæc solenia confectionis verba, quo:um causa tota hæc est adornata tragœdia, ut constat exemplo illorum pastorum: hæc, inquam, verba nullus habet onus scriptoribus suis, sed dicitur auctor. Quis hic lusus est, ut quod Basilius dixit de traditionibus non scriptis, transferatur impune inscriptas? Nam id quod vos veremini Sophistæ, iam factum, si fieri aliter non potuit. Nolebat Basilius eam traditionem ἡρμηνευσαι εν γένεσιν, atque id periculorum existimabat τῷ οφελῷ τῶν μυστῶν. Hæc autem verba iam ἡρμηνευόνται εν γένεσιν. Quid ergo vobis cautionis superest?*

XXX. Deinde silentium hoc non est ab initio indicatum, institutum: sed longo post inuenctum tempore, ipsi simus fatentibus aduersariis, repetenti- bus ab iis pastoribus fabulosis, qui causam dederunt editio. Durandum audi, *Fertur enim quod cum antiquitus publice & alia voce canon diceretur* (Ergo ab origine) omnes pene per vnum illum sciebant, & in plateis, & in vicis decantabant. Vnde cum quidam pastores illum in agro cantarent & panem super lapidem posuissent, ad verborum ipsorum prolationem panis in carnem conuerteret: ipsi tamen diuinio iudicio igne cœlitus immiso percussi sunt. Propter quod patres statuerunt verba ista sub silentio dici. Eheu vos & stupidi, jamne intelligitis tandem, quid nobis Basilius proficit? Id dixit, ea quorum dignitati contraria publicatio est, fuisse ab initio tradita per silentium. At vos fatemi- nis ista mysteria non fuisse ab initio tradita per silentium: sed potius omnibus permissa audiri. Quidigitur ad hæc verba pertinet Basilius.

X XI. Denique quomodo, quando, apud quos hæc tacentur verba? Volebat Basilius apud *αἱμάτις*, ois ἐν ἔσοις ἐπωτευει. Volebat ideo taceri extra celebrationem. At vos, o pontrem! vultis taceri in media ipsa celebratione: taceri vultis apud *τὸς μεμνηθέας*; apud *ἰδίατας*. Atque hos ipsos tanto habitos indignius, quanto impudentius porcis æquatos; quibus non obiici margaritas Christus monuit. *Ante porcos, id est, inquit Gorranus, homines carnales, de quibus Paulus, mala bestia, inquit, ventres pingues.* Eia vero norate: porcos appellatis eos apud quod negatis alta voce pronuntianda mysteria. At hæc eadem negatis pronuntianda apud plebem communicaturam ijs mysteriis. Ergo vos mysteria communicatis porcis. Eia negate jam porcis vos obiicere margaritas.

XXXII. Arceri solitos ab huius olim Sacra menta celebrationi Care-
chumenos, Energumenos, Pœnitentes, notius est, quam ut oportuerit me-
neri: Veruntamen quid hoc ad rem? At qui non agimus de excludendis,
sed de illudendis iis, qui admittuntur. Nam Veteres quidem nihilominus
apud reliquos alta voce consecrationem pronuntiabant; quod nos volu-
mus. At Papistæ, neque excludunt hodie, quenquam; & apud assistentes si-
lentio utuntur altissimo, religiosissimo. Quid simile? Docuerunt Veteres e-
xemplo, quicunque assisterent celebrandis mysteriis, eosdem non indi-
gnos, qui audirent mysteria: & qui indigni essent, qui audirent, eosdem in-
dignos qui viderent. At sapientissimi nostri Papistæ, ut supra humanitatis
captum cautissimi, a que dignos indignosque permittunt videre: a que di-
gnos indignosque prohibent audire. Nouum profecto, a que admirandum
religionis, prudentia que genus.

XXXIII. Ab ea exclusione alia nata cautio; ut ne facile presentibus
isdem sermo haberetur de iisdem mysteriis, etiam extra celebrationis tem-
pus. Theodoretus Dialogi secundi capite quarto & vicesimo, *Quid vocat
oblatum donum ante inuocationem?* εἰς τὸν οὐρανὸν εἰσῆντος τοῦ πολύ-
του πατέρου, Non est aperto sermone utendum: sieri enim potest, ut ad sine
aliqui nondum mysteriis initiati, αἰγυματωδεῖς οὐ διστολοῦσι, Propona-
tur.

LIBER SEXTVS. CAR. VIII.

16

tur ergo in forma enigmatis responsio. Et sunt huiusmodi Veteram testimonia plurima.

XXXIV. Sed eandem omnium ratio: neque enim apud omnes æque
is mos fuit; sed apud illos *duuinitas*. Quo praeditio manifestum est ini-
tiatorum priuilegium contra esse; ut ne quid apud eos retinetur. Quis e-
nem non intelligit, qui neget aperte loquendum propter prophanos, cu-
dem libere loquuturum si præter initiatos nullus adit. Et sane, quorsum
silentium apud gnaros? Augustinus de Verbis Domini sermone 46. Sicut
audiuimus, cum Sanctum Euangeliū legeretur, Dominus Christus Iesu
exhortatus est promissione *vita aeterna ad manducandum carnem suam, et bi-*
bendum sanguinem suum. Qui audisti hec nondum omnes intellexisti. Qui
enim baptizati & fideles es tu, quid dixerit, nos tibi: qui autem inter vos adhuc
Catechumeni, vel audientes vocantur, poruerunt esse, cum legeretur, audien-

tes, nunquid & intelligentes? XXXV. Præterea, cur silentium in consecrando, solum in Eucharistia solenne est, si pendet ab hac ratione, hocve exēplo: cum hæc profanorum cantio sit nouæ et peculiaris, sed communis Sacramentis? Sacramentis; inquam, non huius propriissimæ definitionis, quæ Baptismo cum Eucharistia peculiaris: sed etiam latioris illius? Habeo testes. Dionysius ille Aeopagita, si credere fas, Hierarchia Ecclesiastica in inicio, præfatur toti libero, vbi de Baptismo, de Eucharistia, de vnguento, de ordinatione, & ordinibus, de monachis, de ex: cuius prolixe agitur; præfatur, inquam, in hac verba. Aꝝ ὅπου τὸν ἐργάτην τὰ ἀριστὰ τῶν αὐτῶν, διαθένειν οὐ καὶ τὸ Εὐρυφία θεῖ τοὺς τούτους καὶ αὐτοὺς γνώσειν αὐτῆς τηναὶ τοῖς αὐτοῖς αἰχματά τοῖς αὐτοῖς Αἴγα-
τονῶν, ιεροῖς μόνοις τῶν, εἰσαὶ μετ' ιεροῖς ηλίους τοῖς πεζοῖς κονιωνῶν. Vide au-
tem ne Sancta Sanctorum enunties sed reuereare potius: Et quæ occulta Dei
sunt, cognitione mentis & animi in honore habebus ac prelio: ita tria & non
initiatis non tradas, atque cum iis solis, qui sancti erunt, cum sancta illustratio-
ne pro sacrarum rerum dignitate communicet.

XXXVI. Sicille de omnibus mysteriis generaliter. Nuac de Baptismo Chrysostomus in 4.ad Galatas. πὶ ἡμετεῖ τὸν Αὐγ. τοῖς εἰρέσις λεγόμενα ἀπεικονοῦ οἱ ποῖοι, ταῦτα τὸ τῆς κολυμβήσεως τὸν ὑδάτων, καθίστηκεν ποὺ ποὺ Αὐγ. τοῖς εἰρέσις καὶ αὐτοῖς τὸν βεπτόρον, Verba Dei, quae norunt fideles, hac in aqua lauacro per Sacordotem pronuntiata tanquam in utero quodam formant ac regenerant eum qui baptizatur Clarius in priorem ad Corinthios homilia quadragesima. Αρχινότα βελομα τὸς μεμυημένος ὑμᾶς, Vobis qui mysteriis estis initiati volo in memoriam reuocare eam dictiōnēm, quam in illa vespera iubente nos dicere oī μυστηριώντες ὑμεῖς qui mysterio initiantur, Καὶ βέλομα μὲν στοφῶς αὐτὸς εἰπεῖν τὸ πολὺ τὸν Αὐγ. τὸς αμυνίσσετο γὰρ δοτηγλατερούντων ποιεῖ τὴν ἐκκύπησιν, αὐτογάροτες οἱ μὲν λέγειν αὐτοφῶς, εἰς οὐ τοὺς εὐθεῖς τὰ διατρίπταντα λέγοντες αὐτὸν εἴ τοι ποτὲ συνεπικασθώμεθα ἐρῶ: Et vole quidem aperte hoc dice: non autem propter eos qui non sunt initiati: it enim expositionem nobis faciunt difficultatem, ut qui nos cogant vel non aperte dicere, aut eis arcana enuntiare. Sed tamen dicam, quo ad eius à me fieri poterit, recte & admbrate. Cyillus contra Iulianum 7. vltima refutat. Ut igitur non in aures eorum, qui non initiati, occulta proferens, impingam in Christum dicentem, Ne deus sancta canibus, neque prosciatis margaritas vestras anteporeos: profundioribus relictos, conuertam me nunc potius ad ea, ex quibus vide licet aduersarium temere nugari. Paulo post, Dicere sapere his etiam multa alia, & vera demonstrans, per Mosen & Prophetas presagiarum esse hoc Sacramentum, & non nonum & nupere ortum, & à nobis inuenitum, nisi, sicut iam predixit, reueverer non iniciatorum aures. Viden in Baptismo & quam cautelam? Nimis ex eadem causa. Concilium Arauscanum primum canone decimo nono, Ad Baptisterium Catechumeni nonquam admittendi.

XXXVII. Chrysostomus homilia septuagesima nosa ad populum Antiochenum de oratione differens, Quod haec sit oratione potentissima, qua columnam & Ecclesia turrim Petrum adiuit, Et Catechumenis quidem permisum hoc nondum est, quoniam nondum hanc peruenere fiduciam: vobis autem & proterrarum orbe & pro Ecclesia, qua usque ad terra terminos extenditur, & pro gubernantibus ipsam, & presidentibus iubetur orationes emittere. Patet ergo hunc olim morem fuisse, ut non omnibus potestis fieri vires etiam mysteriis Baptismi, Eucharistie, aut etiam precibus Ecclesiae solenibus: qui tamen certum est non agi consueisse, cum agerentur, obscurio silentio, sed alta voce, ut audirent omnes, quibus dabatur adesse: cum tamen id silentium quo de nunc agimus, eo fiat, ut ne adstantes quantumvis iniciati percipiant verba consecrationis.

XXXVIII. Porro illam quæcunque fuit cautelæ diligentiam, nunc
pridem oblitteratam esse tota Christianitate manifestum: adeo ut nec apud
supersticiofissimos Papistas nullum retinuerit vestigium. Nam quis nescit
vbique extra celebrationis tempus, vbique & apud quoscunque impune
differi disputarique de mysteriis quibuscunque? Videmus in sermonibus
ad populum Chrysostomi *euāēau*: vidimus Theodoreti, in scriptis dis-
putationibus. Quis nescis contra, conciones hodiernas Papistarum in
pulpitis: quis ignorat disputationes scriptas: quis non interfuit dispu-
tationibus publicis, apud omne genus auditores? quis, inquam, ignorat
vbique hac ipsa sacratissima verba, has ipsas paucissimas syllabas, in quibus
prora, & puppis Sacramentorum tam impune efferri, dilectiari, examina-
ri, repeti, inculcari, quam quæ maxime publica sunt & prophana? Mentiar
si vel vocalum reticuerint Panigarolla, Vigor, Hilaretus, alij homilia-
tae. Et sane causa remouendæ superstitionis non latet. Olim proper-
non initiatos metus fuit: nempe quia plurimi baptizabantur non nisi adul-
ti. At nunc nemo Christianus, qui non à prima infancia initietur. Si ergo
libere mysteria effrantur apud initiatos: & initiatior omnes: quis lo-
cus esse potest ei timori? Itaque etiam antiquata illa denuntiatio, quæ
jubebat exesse Catechumenos, & energumenos. Quare mirabilis est Pa-
pistarum peruersitas, apud quos adeo præposterata disciplina est: ut tum
silentium pertinacissime seruent, cum alta voce opus est: tum contra vtan-
tur alta voce, cum silentium olim videbatur necessarium.
XXXIX. Addo siliqua, quæcumque in aliis.

XXXIX. Addo, ne illius quidem silentij vsum, quem apud Veteres obseruauimus, fuisse ab initio. Primo enim non tantum in Christi institutione simile nihil apparet: cum contra constet, omnia sic dicta, ut à communicaturis audirentur: quod ipsa series indicat: Dicit, Accipite. editio: Hoc est corpus meum: Accipite, bibite, hic est enim sanguis meus: quæ Tom. IV.

Verba non potest illa Sophistice negare fuisse ad Apostoloros directa. Non erat autem tam alienus ab humanitate Dominus, ut quos alloqueretur, eos nolle audire quae diceret. Non tantum, inquam, ita Christus: sed & Paulus aliquot annis postea ad Corinthios, id est promiscue ad eos qui crediderant ex Corinthiis scribens eam Epistolam, quae clara voce legi solita in Ecclesiis, nihil retinuit eorum quae maxime mystica sunt, essentiaque. Quo exemplo, quis neget præiudicatum fuisse potentissime aduersus silentium? Non enim minus erat periculi ne inciderent eius scripta in omnium manus, quam quae scripta Theodoretus, aut quisquam alius.

XL. Rursus post Paulum, cui, quæso hominum generi interdictum fuit operibus Iustini, Tertulliani, Irenæi, Originis, Cypriani? Ast in iis etiæ describerantur hæc secreteissima, sicutem volunt, verba; tamen nullum appareat silentij, imo ne ænigmatis quidem vestigium, nulla obscuritati religio. Et quidem Iustinus eo animo scribebat Apologiam, ut incideret in manus non initiariorum: imo aperte infidelium; atque adeo pagorum. Denique Beletus diuinorum officiorum cap. 44. *Secreta dicitur quia secreta proponuntur: cum tamen alias alta voce dicereatur, ita ut ab omnibus facile laicis teneretur.*

XLI. Super sunt Pastores miraculosi testes, si testes, quorum nihil praeter cineres; si tamen etiam iti. Sed alioquin ignoratae personæ, neque obseruatis temporis, neque loci designati: sed repente ἀγνοούστος, quasi de celo depluti, in nullum alium finem, nisi ut iuberent silentium. Sic Abopius solebat suis fabulis præfari. Αὐτὸν τὸν περὶ τὸν θεόν. Αὐτὸν τὸν περὶ τὴν σωτηρίαν φάσι ποιοῦσθαι. Αὐτὸν τὸν εὐλόγον ζεῖν. Εἷχε περιπέτερα: & familiæ plurima, quæ singulatim facta, nunquam tamen facta. Quid enim factius? Ac sane Papistæ catæligo eusit hoc modo officina miraculorum: adeo ut nullum problema tam ex improviso possit proponi, cui non sint in promptu miraculorum myriades. Beatos homines noua artificio, noua libertate: quibus cum senac efflatum, nec profecto inhalatum, sed *enpheras* boatum grande illud, *Vnde fertur*, nella insuper fidei præstanta: nihil dubij super sit, quominus iacta sicut immunitum fidei articulorum solidissima fundamenta.

X L II. Sed recitauit Sophronius, cuius temporibus id accidit: & citatur iste in Niceno Concilio secundo; item oratione 3. de imaginibus ad Damasceno. Ipsa autem historia etiam ab Alcuino de diuinis officiis, cap. de celebratione Missæ. Sic Richeomus fabulæ fidem conatur adstruere, nam propositus esset defecta. Ego in Alcuino vidi; sed eodem artificio, Vnde fertur. Sophronium non ignoro autorem laudatum in illo Conciliabulo, & apud Damascenum. Sed de imaginibus gaudentem, itaque non tantum aut nomine, aut re, vineptæ fabulæ fidem posuit conciliare. Nam & tunc temporis idololatria flagrans, multiplicabat miracula sine fine, & modo.

X L I I I . Sed perigamus, Propter quod, inquit Durandus, & succinit Hardingus, *Patres statuerunt, verba ista sub silentio dici* Eia Patres. Vt opico sine dubio. Nam Ecclesiasticos habent prouersus nullos; non singulos, nec in Synodo. Immanem audaciam! fingunt miracula, vt terreat; quoniam volunt: supponunt decretum Patrum, ut imperent, pro libitu. Quid superest ad criminis cumulum? Sed enim propterea statuerunt. Quia legitima causa esset, ab eo abusus exemplo; quod vnicum acciderit, si accedit, ab orbe condito, longam solennemque consuetudinem immutandim diuinæ institutionis autoritatem pessundandi. Tum autem quis dixerat propterea ignem delapsum, quod ea verba fuissent prolatæ: & non potius, quod prolatæ super pane? Consequens erat igitur, ut sicut indixerunt silentium, boni paterni; prohiberent etiam panem in celebrando spæcandum proponi. Nam hæc iatio propria huius peccati: cum alioquin fine pane liceret impune pronuntiare; atque adeo tunc per compitum vulgo cantarentur, absque ullo igni periculo. Quid? cur non dixerunt factum, propter locum prophanum? Nam nec sacrificuli ausint nisi super altari, saltēm portatili: ita enim appellant frustum marmoris in eos usum paratum.

XLI. Quare autem in cineres tam misere redacti; quod noluit iis euenire Christus, qui se excluderant hospitio, Lucano? Quia panis in caro mutatus. Scilicet Φιλοδιάνων αὐτῷ ἐλεγεῖ τὸ πενθεμένον γένεται;
aiebat olim Elopus, magnus Papista, qua magnus fabulator. Sic & fudit
per indicio forex. Nempe Transubstantiationis γνώσις φάνησε. Non opus
est pluribus.

XLV. Vnum monco, caueant viri astutissimi ne ipsi scipios ingulentes
Pronuntiantis, aiunt, verbis mutatus est panis in carnem: illam videlicet
quæ iis significabatur verbis: nam quomodo in aliam? Itaque ea verba
suum habuere effectum. Nam si credimus Papistis doctoribus, id effectum
est verborum consecrationis in hoc Sacramento, ut transubstantientur ele-
menta. Biel Epitome in Canonem, ad illud, *Hoc est enim: Consecratio nihili*
aliud est, nisi prolatio verborum, sive verba prolatæ, quibus fit conuersio panis
in corpus, & vini in sanguinem Christi. Sed enim qui pronuntiabant, pa-
stores erant ouiam, non Sacerdotes. Atqui si non profertant Sacerdotes
negant harum rerum consultissimi Papistæ quicquam fieri. Bellarmino
capite decimo sexto quarti, *Semper in Ecclesia pro indubitate habitum est, ita*
necessariam esse ordinationem Sacerdotalem ad Eucharistiam confidendum
ut sine ea nullo modo confici possit. Suare disputacionis sexagesimæ prima
sektione tertia, *Vt hac verba sint efficacia necesse est, ut à Sacerdote conse-
crato, & rite ordinato proferantur.* Hoc est de fide. Soto in distinctionem
13. quæstione 1. articulo 1. ex Thoma, *Proprium est Sacerdotum confidere*
hoc Sacramentum. Et probat. Nemo potest confidere nisi in persona Christi:
nemo in persona alterius agere quicquam potest, nisi per potestatem
ab ipso illi collatam. Itaque Solis Sacerdotibus, cum ordinantur, confer-
tur potestas hoc Sacramentum consecrandi. Et postea ex Isidoro, Conci-
lioque Florentino, *Solis Presbyteris facultatem inesse consecrandi: ita ut*
quis extra ordinem Sacerdotalem hoc Sacramentum consecrare tentaret, nullum
esset Sacramentum. Gabriel Biel Epitome in Canonem, capite secun-
do, *Nullus, qui non est Sacerdos, celebrare potest, id est Eucharistiam confi-
dere, licet omnia ageret intentione, verbis, & gestibus, qua Sacerdos consecran-
agit.* Vnde nec Angeli, nec mulieres, nec laici consecrare possunt. Karkovskij
thesi 2. controvergia quinta, *Eos omnes, qui nequaquam sunt Hierarchie,*
potestate in opus Domini per impositionem manuum Presbyterij segregati, cer-

tissimum habemus rem solam quidem, sensibilem panisque naturam, & proinde panem solummodo pistorum, Sacramenti vero nihil, nec percipere, nec ministrare. Hæc cum ita sint, videant Sophistæ: utrum præstet, Sophronius fabulam mendacij arguere; an suos articulos retractare.

XLVI. Negat Bellarminus panem mutatum in carnem. Cur? Nam alii affirmant. Beletus quadragesimo quarto, diuinorum officiorum, Contigit ut quodam tempore Pastores panem super lapidem quendam ponent, qui dum huius secretæ verba proferrent, in carnem conuersus est, & forsitan transubstantiatus, ut sic loquar, in corpus Christi. Durandus similiter, Ad verborum ipsorum prolationem panū in carnem conuersus est. Biel in Canonem, lectione decima quinta, Cum quidam Pastores in agro pane lapidem posito canonem dicerent, ad prolationem verborum illorum, panis conuersus est in carnem.

XLVII. Denique Pastores in agris omnes consumpti. Quis ergo Pastribus illis nuntiauit, ut rescirent, rem tantam, tam in solitudine gestam? Negat imperfectos Bellarminus: sed tantum attoritos. At Beletus, In quo diuinus facta est acerrima vindicta: nam ad unum omnes percussi sunt diuinus iudicio diuinus immisso. Ut splendidius mentitur? Bellarminus ne nouos Zacharias in scenam producens, aliquanto tempore mutos: an Beletus, quasi Sodomiticam vindictam renouans? Amplietur sane consulta. Ego pergo ad aliasrationes.

XLVIII. Sextam Richeomus exhibet. Hoc silentium homines reddit intentos Deo. Occludit enim aditus sensuum; atque animam quieti reddit.

XLIX. Laudo curam pietatis. Sed, ô boni, vultis id nobis persuasum occludendos omnes sensuum aditus, ut intenti fiant homines Deo? Quid ergo apud vos imagines faciunt? Nam hæc non occludant aditum vilis. Et tamen subinde occinitis, per imagines dirigi animam in Deum. O impudentes! Quæ vestri sunt sceleris, ea mordicus tenetis: quæ instituti sunt diuini, hæc vero excogitatis comments impugnatis. Quod si etiam auditum excipitis, unde apud vos ipsos tantum musicæ studium, ut nihil nisi cantetis in vestra pietatis actibus & cum intentissime vos putatis Deum orare? Rursum verum vos in vestris rebus ne trahim quidem sentire in diuinis institutis, etiam festuca calumniari? Ceterum falsum est, omnes excludendos sensuum aditus, cum intendendum est Deo. Certe Maria, quæ meliorem partem elegerat, non occludebat aures: neque apud eum Dominus exhalabat verba; id est, ut monstrose loquebatur Durandus, non sub silentio dicebat. Et Actorum octauo: οὐ γένεται ὅχλος τοις λαζαρίσιοις, Intendebant turba his quæ dicebantur. An quia Philippus susurral. Imo exhortatio prædicabat, nimis alta voce: nam illud est καρπόστενον. Lyranus in prioris ad Corinthios decimum quartum, Si populus intelligat orationem seu benedictionem Sacerdotis, melius reducitur in Deum, & deuotius respondet, Amen. Sed & Hardingus. Ratio clara voce pronuntiandi in Ecclesia Graeca ideo usurpara est, quo inde populus ad fidem sua confirmationem excitaretur, & admoneretur, ut se iis, quæ pronuntiarentur, assentiri, atq; si dem adhibere testificaretur.

L. Septimum rationem Bellarminus excogitauit. Habemus, inquit, exempla Latinæ, Graecæque liturgiæ; tum etiam Sacrificiorum veteris legis: denique ipsius Christi. In Graeca, quædam εὐφάντως dici, quædam, μυστικῶς, id est alta voce, & silentio. In Latina, Innocentium primum Epistola prima, capite primo, aperte indicare præcipuam partem missæ esse secretam; nec audiens aperire quæ sint illa, quæ recitentur ante quam pax datur. In veteri lege, describi, Leuitici decimo sexto solenne Sacrificium intensi, iuberique solum Sacerdotem intra velum ingredi, sacrificare, atque orare pro se, proque populo, omnibus aliis foris expectantibus, & non modo non audientibus, sed ne evidentibus quidem denique Christum in cruce (quod exemplar fuit omnium Sacrificiorum) in silentio oblationem peregit, triunque horarum spatio loquutum esse audientibus circumstantibus, non nisi septem breuissimas sententias.

L I. In Liturgia Graeca verum est, quædam μυστικῶς quædam εὐφάντως fuisse proleta. Veruntamen quid hoc ad institutum præses? Nam constat in iis quæ fuerunt in ordine secundo, esse nominatim verba consecratoria: quæ tamen isti silentio obruunt. Vos, ô vos Papistæ istæ nunc nobis restituite, qui suffurati stis: ut clamet Sacerdos, Hoc est corpus meum, tam alte ut plebs vniuersa audiat, intelligat: postea reliqua viderimus. De illa autem distinctione dicam capite proximo.

L II. In Liturgia Latina magnum mendacium: nihil enim tale testatur Innocentius. Loquentem audi, Pacem ergo afferis ante consecrata mysteria quædam populus imperare, vel sibi inter Sacerdotes tradere, cum post omnia, quæ aperire non debet, pax sit necessario indicenda. Hæc ille. Mirto, quæ Bellarminus dicit magnam partem: nihil enim interest: sed eam partem esse secretam, quomodo intelligit? Ipsane in celebratione, an extra? Hoc enim, itidem fateor ut ante, cum religio erat non initiatos admittere ad spectanda sacra: non, inquam, partem Sacramenti, sed vniuersum Sacramentum. Illud autem penitus nego. Nam Innocentius negat se tunc temporis, id est cum scriberet ad Decentium Eugubinum, debere dicere; at non negauit se debere pronuntiare in Ecclesia. Cur enim minus quam Graeci.

L III. At si totus populus, inquit, illa audire consuerret, nihil fuisse secretum, & facile potuerint literis committi, quæ erant omnibus nota. Omnino ita est, inquam. Sed quis dixit totum populum consuerse audire? Atqui populus pars erat αὐτοῖς, pars μεμνηθός. Illis neque videre licebat, neque audire. Et hi satis erant, ut non auderet omnia literis Innocentius committere.

L IV. De veteri lege pudet me respondere, eti Bellarminus non puerit obliuicere. Abscondat sese sacrificulus: secedat à populo, perat arcanum recessus, unde neque video posse, neque audiri: actum nemo silentium exprobat. Sed quamdiu tam dispar caula erit, ut publice, coram omnibus, imo cum omnibus teneatur. Sacramentum celebrare; & ex instituto inuitare omnes ad comedendum & bibendum, non feret impune, qui tam maligne beneficia Dei dispensabit, ut illudat silentio.

L V. Christus in silentio peregit oblationem sui. Quomodo in silentio? At ut loqueretur nunquam? Ne tu quidem credis, qui loquuntur agnoscis saltem verba septem. An ergo, ut hæc septem verba exhalare

duntaxat, hoc est silens loqueretur, loquens fileret? Imo omnia voce clara; ut exaudirentur omnia distincte à circunstantibus: semel etiam exclamavit vox magna, ἀνθύπος φωνὴ μεγάλη Matthæi vicesimo cœtrum nihil dixit. Vide ergo Papisticam peruersitatem. Profiteretur imitari Christum, qui vel tacuit prorsus, id est non tantum non eleuauit vocem, sed neque inhaluit: vel voce clara, distincta, commoda loquutus est. Et tamen neque prorsus tacent, cum tacere profiteretur: neque loquuntur, quum loqui affectant: sed novo quodam monstrosoque commento, cum loquuntur tacent, cum tacent loquuntur. Et non illudunt Deo, non illudunt hominibus. Quanquam exemplum non erat legitimum: Christus enim nullum Sacramentum celebrabat: sed rem Sacramenti peragebat. Non est autem par ratio. Nam res ipsa absque ullis verbis potuit peragi siue elatis, siue inhalatis: at Sacramentum nullum esse potest absque certis, conceptisque verbis; ut alias concessum. Quare eti Christus omnino nihil esset eloquutus in Sacrificio suo: tamen Sacerdos in eius Sacrificij Sacramento teneretur loqui.

C A P. IX.

Contra secretam pronuntiationem Consecrationis.

I. Nobis instar omnium argumentorum est Institutio Christi. Exempla repetunt illi aliunde, & aliena: ac sperant recte concludere, si dicterint; Sacerdotes Leuitici semel in anno tacentes sacrificabant: Christus tacuit cum se ipsum obtulit: Ergo Sacerdos Papista tacere debet cum Missam consecrat: cum tamen antecedentia illa alterius sint generis à consequente. At nos quanto justius à Christo argumentatur, & ab eius hac ipsa actione? Potestne iniusta ratio videri?

II. Porro Christus sic celebravit primus, ut ab omnibus adstantibus audiarent & omnia, & hæc ipsa consecratio, quæ hodie appellant, verba. Iussit accipere, edere, bibere. Nam diserte, Accipite, edite: accipite, bibite. Hæc certe ne præfractissimi quidem Sophistæ negant dicta præsentibus, audita præsentibus. Nam quis furor, juberi quem quid agere, ut tamen jubentis verba non audiat? Nam profecto non mentitus est Paulus prioris ad Corinthios decimo quarto, Si in certum sonum tuba dederit (quanto magis si nullum) quis apparabitur ad bellum?

III. Inde constat, etiam ista, Hoc est corpus meum: hoc est sanguis meus, similiter etiam audire; vt potest in eodem ciuidem orationis contextu: & ut Apostoli sciunt quid ageretur. Non enim voluit Christus ignaros esse mysteriorum, qui mysteriorum participes essent. Quod quis in Apostolis negarit, qui audierit Paulum de Corinthiis dicentem, Ut peritis loquor, decimo prioris? Et quidem in huius Sacramenti sermone. Et sane debuerunt ipsi, æque ac posteri discernere corpus Domini. Quæ autem discernendi ratio, si nulla præcessisset admonitio? Nulla autem, quæ non audita.

IV. Imo in altera specie diserte apud Matthæum, Bibite ex eo omnes: Hoc est enim sanguis meus. Vnde factum ut etiam in pane similiter Canon Romanus habuerit, Accipite, & manducate ex hoc omnes: Hoc est enim corpus meum. Ut vtrinque ratio exprimitur accipiendi: nimis cum prædictetur, quantum sit in ea sumptione beneficium: nam & propterea vtrinque additur. Quod pro vobis frangitur: Qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Est autem peccatum aduersus sensum communem, ut quibus quid faciendum imponitur, iis quisquam velit rationem faciendi esse incognitam: Quibus beneficium commendetur iisdem beneficij magnitudinem taceri: & quidem, quod exedit omanum admirationem, non taceri omnino, sed ita dici, ut intra dentes mutitando, nihil ad aures perueniat.

V. Cerre ego sic statuo; Angelum, Matthæi 1. sic dixisse Iosepho, Ne metuit accipere Mariam uxorem tuam: ut non inuidet eisdem, quod statim pro ratione subinxit, Nam quod in ea genitum est, à Spiritu Sancto est. Similiter Petrum, Actor. 2. Resipisci, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum; & accipietis donum Spiritus Sancti. Vobis enim facta est promissio, & liberis vestris, & omnibus qui longe sunt. His similia possunt exempla dari plurima: vnde constet ridiculos esse Papistas, si qui quam hominum fuit inquam ridiculos.

VI. Bellarminus longe alia specie hoc sibi obiecit argumentum; quam alii viderint otiosius. Ad rem respondet tripliciter. Primo, Christum ea verba pronuntiasse non solum ut consecraret: sed etiam, & quidem præcipua, ut ipse consecraret. Ratio manifesta, quia institutio Apostolorum consequens est consecrationis: non contra. Itaque necesse est ea verba auditur Apostolis pronuntiata, ut fieret, consecratio. Quod patet ex serie. Nam illa, Hoc est corpus meum; addita sunt illis, Accipite, comedite; quibus imperatur vobis speciem non apud celebrantes, sed apud communicantes.

VII. Sed nos ad primum instamus; Christum ea verba pronuntiasse non solum ut Apostolos doceret ritum consecrandi; sed etiam, & quidem præcipua, ut ipse consecraret. Ratio manifesta, quia institutio Apostolorum consecrationis est consecrationis: non contra. Itaque necesse est ea verba auditur Apostolis pronuntiata, ut fieret, consecratio. Quod patet ex serie. Nam illa, Hoc est corpus meum; addita sunt illis, Accipite, comedite; quibus imperatur vobis speciem non apud celebrantes, sed apud communicantes.

VIII. Præterea Christus nec separauit, nec distinxit, institutionem consecrandi; à consecratione, tanquam actus duos re diuersos. Imo vobis ex alio eduxit: hoc est, eo ipso actu quo consecravit, etiam instituit Apostolos, quomodo essent consecratur. Itaque ridicule Bellarminus disparauit & præter Christi mentem: Addo eius distinctionem nullum haberi testem in vniuersa Ecclesiæ historia: & commentum esse prorsus nouum, Bellarmino iam primum excogitatum.

IX. Ad secundum; primum nego aliam hic rationem esse sacrificij, aliam Sacramenti. Quia videlicet nullum sit Sacrificium, nisi per Sacramentum rationem. Clarius dico, non aliter Eucharistiam dici Sacrificium, quam quia sit Sacrificij Sacramentum: quod alias disputatur sumus plenius.

LIBER SEXTVS, CAP. IX.

163

nus, cum Deo Deinde nego agi nunc de Sacrificio magis quam Sacramen-
to. Non enim si superstitiose separant Papistæ. Sacrificium a Sacramento: &
vafie Bellarminus ad Sacrificium hanc quæstionem transtulit; ideo nos
oporet non sentire, quoties illuditur nobis.

X. Ad tertium: in ego sequi si in Baptismo non audiant infantes. Ego
in Eucharistia, non esse necesse sic pronuntiari verba, ut audiatur possint.
Nam contra est exemplum ipsum Baptismi. In quo eti nihil infans capiat,
tamen sic verba consecratio pronuntiantur, ut audiri queant: neque
quisquam aut mutauit unquam, aut vocavit in controversiam. Vnde pat-
ter, per accidens, si non audiantur verba: nempe ex infantis infirmitate:
non autem ex natura Sacramenti, sive eius celebratione: nam profecto
adulti audiebant olim. Nec negamus posse tale aliquid accidere Eucha-
ristie: alioquin surdi forent arendi: quod nullus dixit.

XI. Institutionem Christi sequutus est similius vobis Ecclesia. In Litur-
gia Petri. Εὐλόγουσιν λατρευον, ἵδως τοῖς μαθηταῖς αὐτῷ, λέγον (εὐφάντως) Λαβε-
ται, Φάγετε. Εποιεῖτο δέ πάντας τὸ ιστορεῖταιον κλαύσθρον: [εἰπεὶ εἰπεῖται λέγων μη-
μάντος] ὡμοίωσταλιν μετὰ τὸ δειπνῆσθαι λαβεῖται ποτήσθαι, καὶ δικαιολόγησθαι δι-
λόγησθαι, ἵδως τοῖς ἀγίοις αὐτῷ μαρτυρῶνται, λέγον (εὐφάντως) πιστεῖται αὐτοῖς πι-
στεῖται τοῦτο τὸ ιστορεῖταιον (οὐ λαβεῖται) Αὐτῷ. Benedixit, fregit, dedit Discipulis suis,
dicens (elata voce) Accipite, concedite. Hoc est corpus meum, quod pro vobis
frangitur. (Deinde continuat summisse.) Similiter rursum postquam cœna-
tum erat, accipiens calicem & gratias agens benedixit, dedit sacerdoti suis disci-
pulis dicens, (elata voce) Bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus. Populus,
Amen. In Liturgia Marci, Acceptipanem in sanctas, & immaculatas, &
inculpatas manus suas suspiciens in colum ad te Patrem tuum, Denique no-
strum, & Deum uniuersorum, gratias egit, benedixit, sanctificauit, fregit, de-
ditque sanctus & beatis Discipulis & Apostolis, εἰπὼν (εὐφάντως) λαβετε, Φά-
γετε (οὐ δικαιοῦσθε, εἰπεῖται, οὐ περιέσθε εὐφάντως) dicens (elata voce) Accipite,
comedite. (Diaconus, intendite: Sacerdos elata voce) Hoc est enim corpus
meum, quod pro vobis frangitur & distribuitur, in remissionem peccatorum.
Populus, Amen. Paulo post de poculo, Tradidit sanctis & beatis Discipulis
suis & Apostolis, dicens (elata voce) bibite ex eo omnes, (Diaconus rur-
sum intendit: Sacerdos elata voce.) Hic est enim sanguis meus. Et re-
liqua.

XII. In Liturgia Basili. Οἰρεύσθαι τοῖς εὐφάντωσι, καὶ εἴρων τοῦ δεξια-
ωτοῦ μετὰ διλογίας τὸν ἄγιον ἄρτον, εὐφάντως λέγων, ἵδως τοῖς ἀγίοις αὐτῷ μα-
ρτυρῶνται λαβεῖται, Φάγετε τοῦτο μὲν εἰπεῖται σύμφωνον τοῦτον κλαύσθρον εἰς ἀ-
φοις ἀμφελάνων. Οἱ ξεροὶ ψάλλεται, Αὐτῷ. Οἱ πίεροι μυστικοῦ. Οἱ μάρτιοι καὶ τὸ πο-
νιατον εἰς τὸν γενικόν θεοῦ μετέλευτον λαβεῖται κεράστης, δικαιολόγησθαι, διλογί-
ας, αὐτοσακούσας (εὐφάντως οἱ ιεροὶ τοῖς κεράστησιν αὐθεντικοῦ λαβεῖται. καὶ δι-
λογίας λέγεται ἵδως τοῖς ἀγίοις αὐτῷ μαρτυρῶνται διπολελεῖται, εἰπών πιστεῖται εἰς αὐ-
τοὺς τοὺς τοῦτο τὸ ιστορεῖταιον δικαιοῦσθαι τὸν ιστορεῖταιον καὶ πολλῶν
εὐχῶν μητροῖς ἀπόφοιν ἀμφελάνων. Οἱ χρῆστες ψάλλεται, Αὐτῷ. Sacerdos inclinat
caput & elata dextera cum timore benedicit sanctum panem, elata voce dicens. Dedit sancti suis discipulis, dicens, Accipite, comedite: & reliqua. In calice ad
verbum ut Basilus.

XIII. Notandum diligenter in iis Liturgiis à Sacerdote dici quæ-
dam μυστικῶς secrete, quædam εὐφάντως alta voce: Quæ creberim a na-
notatio est in Basili, Chrysostomique liturgiis. In Petri nusquam occurrit
μυστικῶς: sed εὐφάντως tantum; & quod idem est, λαμπεῖ τῇ φωνῇ. Nec vi-
deatur admodum necesse: quia ex vnius positu, alterum facile erat intelligi. In Iacobi Liturgia neutrum habetur.

XIV. Occurrit autem τὸ εὐφάντως, cum peculiariter plebem oportet
moneri, ut respondeat. In Petri, εἶτα οἱ ιεροὶ λιγέται παρεπέσθαι τῷ φωνῇ οὐ μηδὲ
μηδὲ οὐδὲν. Οἱ λαοὶ καὶ μετά τὸ πατέρα μητότου. Postea Sacerdos dicit clara voce,
Dominus vobiscum. Populus: Et cum Spiritu tuo. In Basili. Οἱ ιεροὶ καὶ διάκονοι
Εὐλόγουσθεντες λέγονται τὸ πατέρα, καὶ τὸ οὐρανόν τὸν ἄγιον προσεργάζονται, μηδὲ τοις
εἰς τοὺς οὐρανοὺς τὸν πατέρα. Οἱ χρῆστες, Αὐτῷ. Sacerdos alta voce. Benedictum re-
gnum Patri, & Filii, & Spiritus Sancti nunc & semper in secula seculorum.
Chorus, Amen. In Chrysostomi εὐφάντως: οὐ ποτὲ στοιχεῖται Νέα, Τριάδα
εὐχαριστίας, τὴν πετρικὴν τὴν ιριδικὴν τὴν πρώτην πολυηλεῖται, καὶ εἰς τὸν
εἰρηναῖον, Οἱ χρῆστες, Αὐτῷ. Elata voce. Quoniam tibi decet omnia gloria,
honor, & adoratio, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, nunc & semper
& in secula seculorum. Chorus, Amen. In Marci εὐφάντως εἰπεῖται εἰς φί-
λων προσεργάζονται τὸν ιεροῦ εὐφάντως διπολελεῖται, εἰπεῖται εἰς τὸν πατέρα
τοῦ τοῦ πατέρα καὶ τοῦ οὐρανοῦ τὸν πατέρα, καὶ τοῦ αὐτοῦ τοῦ τοῦ
πατέρα τὸν εὐφάντως. Οἱ λαοὶ, Αὐτῷ. Gratia, & commiserationibus. & benigni-
tate unigeniti filii tui (Elata voce) per quem & cum quo tibi gloria. & im-
perium tuum sanctissimo & bono. & uiuifico spiritu, nunc & semper, & in secula
seculorum Populus, Amen.

XV. Res est iam sole clarior ipso. Spero nemini unquam persuasum
in maximam Liturgiæ partem summi a voce tam inuidae, tam maligne
pronuntiatam fuisse; & ut aut silentium esset, aut inconditum, inco-
gnitumque murmur. Nota igitur διὸ ηπεῖται dissentire nunc Eccle-
siam Romanam ab Ecclesia præstina. Nam illa, hæc consecrationis ver-
bæ taceri iubet maxime: hæc autem tum maxime Sacerdotem mon-
ebat attollere vocem, cum ad ea verba deueniret. Et hoc amplius in
Marci Liturgia, monebatur plebs, εἰπεῖται intendere: nempe ut tum ma-
ximo animo præsens esset ut hanc mysterij partem aspergeretur ante omnia.
Proh! vices temporum! vices hominum! Adeon esse degenerem pie-
tatem Christianam! Adeon mutasse quadrata rotundis! Adeon inanis solen-
tia!

XVI. Bellarminus hinc conficit licere quædam dici sub silentio. Er-
enim illud μυστικῶς, non significare vocem moderatam, sed plane secreteam.
Nec enim dici mysteria, quæ moderata voce publicentur, sed quæ omnino
celentur.

XVII. Imo phrasin, dici sub silentio, Papistæ soli nouerunt: Vete-
res si audissent cachinum tenuissent nunquam. Sed Papistæ priuile-
gijs est non raro insanire. Falsum est mysteria omnino celare; & con-
tra omnem vobis sive Christianorum, sive paganorum etiam, a quibus
primus nomen manauit. Sed verum filieri apud μυστικῶς. Itaque μυστικῶς
non significat plane secreteam vocem: sed eam quæ exaudiri possit tantum
ab initiatis.

XVIII. Res ipsa per se loquitur. Nam iis precibus, quæ μυστικῶς reci-
tabantur nihil est plane, quod necesse fuerit non audiiri: aut si audita fuerint
periculum vobis crearent pietati. Exempli gratia. In Chrysostomi. Εὐρηκεν
τοις πετρικοῖς, Oratio primi Antiphoni summisse. Domine Deus noster,
cuius imperium supra coniuncturam cuius gloria supra captiūnū: cuius misericordia
supra mensuram, & benignitas excedit sermonem. Tu Domine pro misera-
tione tua respice in nos, & domum tuam sanctam, & officia organos, eo que qui
precantur nobiscum, diuites miserationes tuas. Quid hic est, quæto, quod
non quilibet Christianus libere possit orare ubique; locorum & gentium?
Quid ergo attinebat has preces inhalari, aut demurmulari? Sed & alia sunt
omnes eius generis.

XIX. Addit Bellarminus, Sacerdotem eas preces secreto recitare, dum
Diaconus alta voce caneret Litaniam, vel dum cantores alia quædam con-
cinerent. Proinde non potuisse populum iis attendere, quæ diceret Sacer-
dos: itaque hæc proprie & vere secrete fuisse.

X X. Respondeo me hæc legisse in Liturgia Chrysostomi post Anti-
phonum primum. Τοις ιεροῖς λαβεται τὸ εὐρηκεν πετρικῶς τοῦ βημα-
τοῦ αὐτοῦ τοῦ ιεροῦ δικαιοῦσθαι τὸν πατέρα τὸν εἰρηναῖον. Dum Sa-
cerdos dicit orationem summisse in suggesto, eodem tempore Diaconus dicit ex-
traguggestum pacificum. Vnde quidem non video quod notauit Bellarminus,
Diaconum alta voce canere. Et crediderim potius Diaconum summis-
sus egisse; ut pote extra suggestum. Nemo enim hescit in suggesto solere ea
dici, quæ audiri oporteat, tanquam ex loco sublimi, vnde in omnes facilius
vox spargatur. Nam is proprius suggestus fuisse.

X XI. Et tamen quid nugatur Bellarminus? Prober fortasse alia quædam
tacita fuisse. Sed de consecratione quid? Ne verbum quidem. Ergo eius de-
serita causa est. Nam hanc negare non potest non tantum pronuntiatam, sed
etiam alta voce, quasi detonatam. At hæc nunc quæstio agitur. Itaque So-
phista nihil promovit.

X XII. Apud Richeomum alia solutio est. Vere cum morem fuisse
olim: sed in Ecclesia Græca. Non sequi autem, si Græci sint vñ eo mo-
re: ergo omnes haud aliter debere. Alioquin æque contra dici posse, quia
Latini summisse pronuntient; ergo Græcos humiliter debere. Porro illud
Augustinus valere Epistola 86. In iis rebus de quibus nihil certi statuit Scrip-
ptura Ælaria, mos populi Dei, vel in istis utramque maiorum, pro lege tenendā sunt.
Et 118. Quod neque contradicem, neque contraria bonos mores insingitur, indiffe-
renter est habendum, & pro eorum inter quos vivunt societate seruandum est.
Etenim alta summisve pronuntiatio: neque contradicem est, neque con-
tra bonos mores. Ergo lequendum in eo mandatum Ecclesie.

X III. Atqui, inquam, argumentum nostrum non est ab Eccle-
sia Græca tantum, sed tanquam obseruant Christi institutum. Itaque
non est par Latina ratio: quæ manifeste recessit à Christo: & inno-
tauit id, quod aliter erat institutum. Hic autem, vt alibi cur non valeat
illud solenne, Ab initio non erat sic? Et vbi illa sunt, quæ alias tam
violenter torquent aduersarij in eos qui discedunt à præstis institutis?
Aut quis ignorat quam infolenter iactare soleant illud, Proverbio
rum vicecum secundo, Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posu-
runt patres tui? Nam hic profecto effugere non posunt, quominus
ream peragant Ecclesiam Latinam transgressorum eiusmodi termino-
rum. Nisi hoc potius verum sit, hanc eandem Ecclesiam pro patribus non
agnoscere Patres illos Græcos: imo ne Christum quidem: quod nos habe-
mus pro certo.

X IV. Concedimus Augustino tenenda instituta maiorum, in iis
rebus in quibus certi nihil præscripta Scriptura: & quæ neque sunt con-
tra fidem, contrave bonos mores. Sed primum negamus hoc silentium
vobis esse maiorum institutum, vobis Ecclesiæ mandatum: sed noui-
tium commentum colluvie superstitiosissimæ, eorum, qui æquè Deum
arque homines ludibrio habent. Vin scire? Nulla id Synodus antiqua
fanciuit: nullus Pater præcæ atratis docuit: sed solum Tridentinum
crepitaculum nuper orbem terrarum. Egregium vero nomen: & dignum
cuius occasione nobis Richeomus Ecclesiam, nobis Patres inge-
minet.

X V. Denique hoc silentium est & contra Scripturam; & contra
bonos mores. Etenim celebrationis forma præscripta est disertissimè in
Scriptura. Ήquæ enim lex est, Hoc facite, atque illud Docete, baptizate. Ita-
que sicut imitandus Christus in Baptismo ministrando, ut elata voce voces
Baptismi proferantur, sic in Eucharistia. Sed & boni mores volunt, ut ne
perperam incurrat ordo rerum; & quæ verba instituta sunt, ut signifi-
cent aliiquid, instruante animos adstant, & difficiliter conscientias,
ea subito ita subtrahantur, ut non magis sint virilia, quam si omnino nulla
essent. Lyranus in prioris ad Corinthios 14. Sine significacione vocis signifi-
catus, & sensu loquuntur, nihil est cognitum ad utilitatem Ecclesie: imo de-
risibile est.

X VI. Atque hæc tenus de Ecclesia Græca. Apud Latinos, quis vobis fuisse
rit, non satis patet ex vñica illa Liturgia quæ nunc supereft, cui nomen
Canon Romano. Verum colligitur facile primum ex confessis. Nam
capite præcedente cum audiremus lepidam fabellam pastorum; eadem o-
pera audiuiimus, & olim solitum canone ab omnibus audiri: & ea o-
ccasione indictum fuisse silentium. Vbi quæso indictum silentium? In ea
nimis Ecclesia vbi olim Canon audiebatur. Ergo in eadem Ecclesia
solitus erat Canon audiri, in qua postea silentium imperatum. Atqui
nunquam imperatum in Græca. Latinam ergo Ecclesiam oportet fuisse
in qua Canon olim ab omnibus audiebatur, qui celebrationis erant par-
ticipes. Itaque Gregorius Turonensis historiæ lib. 7. c. 8. Diaconus, inquit,
silentium populis, ut Missa auscultarentur, indixit. Et agebat tamen de Ec-
clesia Gallica; quæ inter Latinas. In Ecclesia ergo Latina mos erat à populo
auscultari Missas. Auscultatine ut nihil audiretur?

• 4 •

XXVI. Sed

XXVI. Sed colligitur id ipsum ex Ambrosio de initiatis, cap. 9. Ante benedictionem verborum coelestium alia species nominatur, post consecrationem corpus significatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur. Et tu dicas, Amen, hoc est, verum est. Quod loquitur mens interna fateatur: quod sermo sonat, affectus sentiat. Vides usum apud Latinos, ut apud Graecos? Nam in Liturgiis, illud Amen disertum ad utramque partem consecrationis. Enim vero qui responderunt Amen Latini, ad ea verba, quibus designat Christus suum corpus. & sanguinem; iidem necesse est ea verba fuisse cognita, fuisse audita. Nisi nugatus sit Apostolus prioris ad Corinthios 14. Quomodo dicturus est Amen, ad tuam gratiarum actionem? In qua verba Iustinianus, N. que enim probare, aut laudare quisquam potest, quod prorsus non intelligit.

X X V I I . Licet mihi, quæso, insistere; & mirabilem traducere Pa-
pistici silentii ablutateam: Volunt suam Missam, suam Transubstantia-
tionem, suum Sacrificium: suum denique quicquid pro arbitrio sive fin-
gunt, sive nominant; hoc, inquam, volunt probari, volunt laudari; vt ni-
bil æquè. Et tamen silentium indicunt tam scuere, vt si plebs vel sonum
percipiat, eculam terræ permistum credant. Quæso attendite Sophistæ,
quid hoc sit rei. Negant vestri posse quicquam probari, laudari, quod
non intell. gatur. Et negant cum agitur de idiomate in cognito. Deum
immortalem qui sic de idiomate loquuntur in incognito; possuntne à silen-
tio approbationem exspectare, & laudes? Atqui cum duo sint in sermo-
ne, sonus, & sensus, quorum ille huic seruit: & ita quidem, vt sæpe solus
sonus moueat, et si sensus nullus percipiatur: tum vero in silentio, neque
sensus est neque sonus. Itaque necesse est multo minus silentio moueri
adstantes, quam idiomate in coginito. Tam male consuluit Ecclesiæ perui-
cax supersticio O tu, libera nos, Domine.

XXVIII. Desin in Iustiniano. Is. Nouella 123, in editione Halodiani, sanciuit hanc legem, *Ad haec iubemus ut omnes Episcopi pariter & Presbyteri, non sub silentio vel tacito modo, sed clara voce, quæ à fidelí populo exaudiri posset, iacram oblationem, & preces in sancto Baptismate adhibitas celebrent: quo maiore deinde deuotione in de promendis Domini Dei laudibus audientium animi efferantur. Ita enim & Diuis Apostolus docet, dicens, Enim uero si solu uero modo benedicas Spiritu, quod modo is, qui priuati locum implet, dicet ad gratiarum actionem tuam Deo, ipsum Amen? Quandoquidem quid dicas, non videt. His igitur de causis conuenit, ut inter ceteras preces, & ea qua in sancta oblatione dicuntur, clara voce à religiosissimis Episcopis & Presbyteris Domino nostro Iesu Christo, Deo nostro, cum Patre & Spiritu sancto perferantur. Scitur religiosissimis Sacerdotibus, quod est quid horum neglexerint, & in horrendo iudicio magni Dei, & Seruatoris nostri Iesu Christi de his rationem reddent: neque nos haec cognoscentes conquiescimus, relinquemusque inulta.*

XXIX. Ad hanc legem variae sunt exceptions, prima de autore; post de re. Bellarminus negat ad Imperatorem pertinere, de ritu sacrificandi leges ferre: proinde non multum referre quid ille sanxit.

XXX. Sed de ritu sacrificandi neque ille sanciuit qui cquam, qui ne ad Episcopos quidem pertinet vlos, aut omnino ad Ecclesiam Christianam: sed de ritu celebrandi Sacramenti; qua nostra quæstio est. Hunc autem pertinere ad Imperatorem dupliciter dici potest: vel ut ipso ritus instituat; vel ut in institutis autoritate politica sanciat. Priori modo concedimus nullum esse ius Imperatoris: neque vero etiam in vilis religionis partes. Sed altero, quisquis ueget, is se probet impudentem. Sic etiam hodie reges Christiani in legibus latius cohibent blasphemias in Deum. Sic Iustinianus ipse eadem illa Nouella legitimam sanciuit ordinationem Ecclesiasticam. Sed & alias editum edidit, magni etiamnum nominis, continens rectæ fidei confessionem, aduersus plurimas haereses, cum de Trinitate,

X X X I. De re leuissimè , & facillimè Bellarminus & Richeomus: factum decretum contra quosdam Sacerdotes imperitos, qui ne deprehenderentur, sumissa voce proferrent, quæ deberent clara. Atque ita nihil nocere Papistis. Hardinus similiter iubet referri solummodo ad Græcam Ecclesiam in qua ille vixerit Imperator, non longius torquenda.

X X X I I . Verum de imperitis sacerdotibus , nihil est in toto illo edicto , nisi ut ne promoueantur . Κληρικοίς , inquit , τοῖς ἀλλαχειροτονηθεῖσιν γυναικῶνδιβρ . εἰ μὲν γεγένημεν τοισι , νομοθετὸς τιστού , καὶ βίον σεμνὸν ἔχοντο . Clericos haud aliter ordinari permittimus , quam literarum peritos . & fidem rectam , vitamque honestam habentes . Quam quidem legem credo Papistis etiam vitum obligare duntaxat Ecclesiam Græcam : adeo suas Ecclesiās replerunt Clericis omne genus bestiis . Viderint illi . Sed in hoc tamen ritu celebrandi Sacramenti ; sic oportuit subtilissimos , adde audacissimos Sophistas comminisci tragediaphos ; non ut responderent , sed ne non loquerentur .

X X X I I I . Sanciri ne cum silentio dicantur , quæ elatè debent , absit ut negemus . Verum in iis non esse hauc ipsam consecrationem , nondum demonstrauit quisquam : ast Hardingus contra confessus est , Iustinianus Imperator decreuit , ut Episcopi & Presbyteri eam ob causam sacras liturgias pronuntiarent clara , & distincta voce , qua intelligi posset ab omnibus , ut populus responderet Amen . Quod quidem , cum ad omnes Liturgia partes , tum præcipue ad consecrationem pertinet . At sane manifesta sunt Iustiniani verbæ : ut inter ceteras preces , & ea quæ in sancta oblatione dicuntur clara voce proferantur . Itaque hic etiam sophistice suos lusus exercuit .

X X X I V . Vixisse in Ecclesia Graeca Iustinianum concedimus ;
sed imperasse æque Latinis, negentne Iesuitæ ? Nos etiam scimus de Ro-
mano ipso Episcopo sanciuissle. Nouella centesima tricesima prima ; vt
secundum Canonem Nicenum primus esset Patriarcharum. Cum igitur
late pateret eius autoritas ; dabant certe vtrisque cum Græcis tum Latinis
leges. Ut capite Generaliter, in Codice, titulo libri primi , qui titulus est
de Episcopis & Clericis: Generaliter sancimus ; inquit. Et post, Et hoc non
solum in vetere Roma, vel in hac regia ciuitate, sed & in omni terra, ubi cun-
que Christianorum nomen colitur, obtinere sancimus. Hoc cum ita sit, tum
vero lex ista nihil habet penitus, quo separantur à Græcis Latini. Neque
opinor, illud ; Omnes Episcopi pariter & Presbyteri; sonat Episcopos
& Presbyteros tantum Græcos. Sed, vt semper, Iesui-
tæ suo non tam commodo quam arbi-
trio somniant eleganter,

FINIS LIBRI SEXTI.

LIBER